Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

CURSUS

LITTERATURÆ SINICÆ

CURSUS

LITTERATURÆ SINICÆ

NEO-MISSIONARIIS ACCOMMODATUS

AUCTORE P. ANGELO ZOTTOLI S. J.

E MISSIONE NANKINENSI.

VOLUMEN SECUNDUM PRO INFERIORE CLASSE

STUDIUM CLASSICORUM.



CHANG-HAI

EX TYPOGRAPHIA MISSIONIS CATHOLICÆ

IN ORPHANOTROPHIO TOU-SÈ-VÈ (TOU-CHAN-WAN).

MDCCCLXXIX.

899.65
Y5
1 ex. 2

PROŒMIUM.

Solent Sinæ nonnullos libellos, dum adhuc tenerescit ætas, perlegere, et sic studio proludere classicorum. Eamdem hîc sequor methodum, tum quia tam obvias lucubrationes praestat internoscere, tum quia ad sinicae lectionis numeros faciunt apprime : et ideo tres communiores elegi, qui trium, quatuor et quinque litterarum phrasibus coalescunt. At si lectioni favent, ab his explicationem ordiri non conducit : plura enim continent, quæ tyroni difficultatem facessunt. Si hanc ergo times, poteris prævia illa opuscula vix e limine salutare, provectior postmodum ad ipsa reversurus. Atque hac de causa vocum syntagma, quod continenter nostrae subest versioni, iterum a classicis instituet cursum, nulla habita vocabulorum, quæ præcesserint, ratione, ut nihil impediat quominus classicorum statim aggrediaris studium. Et hoc illud etiam habebit commodi, quod classicorum dictiones continenti prospectu pervias habebis, quae communioris certe sunt usus, et si probe calleas, suppetit jam quo scriptionem tentes; si classicos scilicet quorum studium, Mentsii potissimum, scriptioni non parum prodest, serio perlegendos assumas. Ceterum utriusque syntagmatis longe differt ratio : primum enim peculiare est, et ad praevios libellos magis accomodatum; alterum vero, licet nonnisi sexto volumine complendum, universalius, proindeque varias veluti phases, quas vocabula in communiore saltem litteratura inducunt, pressius persequitur.

Qua in re tutum mihi præstitui ducem, accentuum numerorumque indicem (詩韻), qui manibus passim litteratorum teritur : et ne mendis fallerer, quibus excusæ apud Sinas formæ scatere solent, eum ad recentes e Pei wen yun fou 佩文韻府 excerptos tractatus exegi ; ut jam mendis,

330043

si quæ irrepserint, impositum certe fuisse modum, animo præsumam. Norunt sane omnes quanti sit in sinensi litteratura diversa vocabulorum juxta diversos tonos significatio. Id porro haud certe ex Ou fang yuen yn repetemus, cujus nullus est litteratis usus, sed potius ex K'ang hi tse tien et Pei wen yun fou, cui Che yun cohæret, cum principem obtineant inter vocabularia locum. At licet summa utrique constet auctoritas, cum tamen nonnunquam haud inter se conveniant, illud potius videretur, ut primum, quod Academiæ vocabularium merito dixeris, si de sensu, alterum vero, quod Regiæ Parnassi seu Sinicæ Prosodiæ jure comparabis, si de tonis agitur, præferatur. Hanc sequar igitur regulam : en autem legendi syntagma modus : diversæ scriptionis characteres compingo, vel alterum ad calcem adjungo : eosdem sensus commate, diversos binis punctis intercipio : characteres mutantes tonum unice repeto, ut tonus indicetur, et tunc sonum *suppono*, si diversus sit : quod si unus pro altero charactere usurpetur, hunc adjungo et ei sonum *præpono*.

Jam quod ad versionem spectat, quem sequar interpretem, non est ambigendum. Doctoris enim Tchou hi, quem litteraturæ principem tota natio salutat, sunt præ omnium manibus commentaria, eaque laureæ candidati sub præsenti dynastia omnino sequi tenentur : et ut magis ipsa clarescant, plura commentarii commentaria vulgo in scholis usurpantur, Kiang tchang 講 章 ideo appellata, quæ doctoris sententiam evolvunt illustrantque. Hunc, et sic explanatum, ego sequor interpretem, et ne ipsum coryphæi rationalistæ nomen tibi umbram facessat, duplicem in eo hominem distinguas velim; philosophum detestor, amo philologum : illius ergo erroribus, si qua interspirent, expurgatos vellem libros, qui juventuti nostræ discendi committuntur; hujus vero commentaria mere philologa, pro summa viri auctoritate et peritia, facile ceteris antepono. At si exinde verborum vim phrasisque sententiam depromo, a litteralis versionis methodo eo minus, quo obscurior textus, visum est discedere. Equidem scio, hujusmodi methodum posse aliquando officere perspicuitati, cum scilicet phrasis constat structura, quid vero sibi velit auctor haud aeque deprehendatur. At hic fuit labor

noster, ut utrique commodo subservire, utrumque incommodum amoliri niteremur; nullumque sat excitatum ingenium fore existimo, cui, modo cursum ab ipso aditu serio iniverit, continentique attentione singulas percurrat metas, impervia supersit alicujus textus sententia. Ceterum, vel si aliquando id praeter intentionem nostram alicui obveniret, tunc etiam id unice foret concludendum, subjectam notam, quae ipsi ad rem succurreret, desiderari : at illud usque stet nobis, methodum hanc de verbo transferendi, uni difficilem translatori, studenti esse quam quae maxime peraccomodam.

Nunc si petas, cur studium classicorum non potius a facilioribus, ut forte tertius vel quartus esset, inchoetur, validam rationem non habeo apponendam : sed cum de hoc variet usus, ordinem, quo dispositi sunt, servavi. Ceterum, quod brevius et paullo fastidiosius est, id jejuno aggredi ore, fortasse haud prorsus disconducit.

At in antecessum praeviæ notæ sunt legendæ. Sunt enim plures notiones, quibus antiquorum scripta ita passim asperguntur, ut nisi exploratas eas habeas, pluries pes offendat necesse sit. Ut igitur longioribus notis hîc illic ingeminandis parcerem, resque in unum prospectum coactae majore lumine suffundantur, quae magis necessaria scitu sunt, in ipso operis fronte redegi. Quae ita calleas oportet, ut saltem pro re nata pronus sit tibi ad ea recursus. Sed quæ historiam naturalem attinent, cum plura hîc nutent incerta, ad tertium volumen, ubi major de his incidit sermo, rejicientur; et si major interim alicubi affulgeat claritas, mihi religioni non ducam immutanda mutare, probata scilicet auctoritate fisus.

Jam habes omnes hujus voluminis partes : præcedunt duodecim notae generales, subsequuntur tres elementarii libelli, hosque excipiunt quatuor classici, textu, prout a magistris in scholis tradi solet, comparato, qui potissimum erunt hujus anni pensum. Restat, ut alacri animo inceptum cursum prosequamur.

Notes du mont Royal



WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Une ou plusieurs pages ont été volontairement omises ici.

論語

卷一

子曰、學而時習之、不亦說乎、有朋自遠方來、不亦樂乎、人不知而不慍、不亦君子乎、

○有子曰、其爲人也孝弟、而好犯上者、鮮矣、不好犯上、而好作亂者、未之有也、君子務本、本立而道生、孝弟也者、其爲仁之本與、

○子曰、巧言令色、鮮矣仁、

○曾子曰、吾日三省吾身、爲人謀、而不忠乎、與朋友交、而不信乎、傳、不習乎、

習, Si, assuescere : diu se exercere : volatus perseverans. *R.* 124.

慍 Yun, irasci, odisse.

巧 K'iao, habilitas, concinnitas, artificiosus.

謀 Meou, moliri, meditari : stratagema.

傳 T'choan, transmittere, communicare : propagare, continuare. 傳 Tchoan, traditio, memoriæ : documenta antiquorum : consequenter, successive. 傳 Tchoan, transmissio diplomatum.

---

(1) 學 in philosophicis his colloquiis, tanquam in subjecta materia, ad sapientiam refertur. 說 sonat 悅. Illud 朋 hic ad sapientiæ refertur alumnos, qui ad tui famam accurrerent.

DISSERTÆ SENTENTIÆ.

Sic liber inscribitur, quod sententias plerumque contineat, quas Confucius suis cum discipulis edisseruit. Abrupta sunt effata, sensusque ita quandoque concisus, ut attentionis aciem, nisi acuatur, facile fallat. Decem sunt capita in viginti partes dispertita : priora quinque superiorem libri partem conficiunt (上 論), cetera inferiorem (下 論).

CAPUT PRIMUM.

Confucius ait : studere sapientiæ et jugiter exercere hoc, nonne quidem jucundum? Et si erunt sodales ex longinquo loco venientes, nonne quidem lætaberis? *Si non*, ab aliis nesciri et non indignari, nonne etiam sapientis est (1)?

2. Yeou tse ait : sic facti homines, qui parentes colant fratresque majores, et tamen ament se opponere superioribus, rari sunt : at qui non ament repugnare superioribus, et tamen ament facere seditionem, nondum ii extiterunt. Sapiens intendit rei fundamento ; fundamento constituto, rei ratio enascitur : illa observantia in parentes et fratres, annon ipsa est exercendæ pietatis fundamentum (2)?

3. Magister ait : comptis verbis et ementita facie homines, raro sunt pietate præditi (3).

4. Tseng tse ait : Ego quotidie de tribus examino meipsum : an pro aliis quid tractaverim, et non fuerim fidelis ; an cum amicis versatus, non fuerim sincerus ; an traditam disciplinam haud factitaverim (4).

---

(2) 弟 sonat 悌, observantia in majores : 仁 cordis perfectio, vera virtus, naturalis charitas.

(3) 矣 veluti pausa, addit vim.

(4) 傳 primo tono, lectio a magistro tradita.

○子曰、道千乘之國、敬事而信、節用而愛人、使民以時、

○子曰、弟子、入則孝、出則弟、謹而信、汎愛衆、而親仁、行有餘力、則以學文、

○子夏曰、賢賢易色、事父母能竭其力、事君能致其身、與朋友交、言而有信、雖曰未學、吾必謂之學矣、

○子曰、君子不重、則不威、學則不固、主忠信、無友不如己者、過則勿憚改、

○曾子曰、愼終追遠、民德歸厚矣、

○子禽問於子貢曰、夫子至於是邦也、必聞其政、求之與、抑與之與、子貢曰、夫子溫良恭儉讓以得之、夫子之求之也、其諸異乎人之求之與、

○子曰、父在觀其志、父沒觀其行、三年無改於父之道、可謂孝矣、

汎 Fan, 汎 Fong, late : fluctuare.
竭 Kié, exhaurire.
主 Tchou, dominus, præesse, patronus : inniti uti cardini aut patrono. *R.* 3.
貢 Kong, offerre : deferre : tributum.
良 Leang, bonitas naturalis : bonus : benignus.
儉 Kien, parcus, sobrius.
異 I, differre : mirari, mirum.
觀 Koan, aspicere. 觀, Fanum Rationis.

---

(1) 道 sonat 導. — Regnum feudale potens 1000 quadrigas bellicas educere, continebatur ambitu 100 stadiorum sinensium. — *In tempore*, cum nullum agriculturæ obveniat damnum : 以 significat congruentiam.

5. Confucius ait : dirigens mille quadrigarum regnum, accurat negotia et est sincerus, moderatur expensas et amat alios, utitur populo in tempore (1).

6. Philosophus ait : minor natu, domi quidem colat parentes, extra autem colat majores, sit sedulus et verax, universali amore prosequatur omnes, at arctius jungatur probis, et si actione functus habeat superstites vires, tunc utetur ad studia liberalia (2).

7. Tse hia ait : prosequendo sapientes mutans voluptatum amorem, serviendo parentibus sciens exhaurire suas vires, serviendo principi valens devovere suam personam, cum amicis versatus loquens cum sinceritate, licet dicatur nondum studuisse sapientiæ, ego certe dicam illum studuisse (3).

8. Philosophus ait : Probus vir, non gravis, jam carebit auctoritate, et studia jâm erunt sine soliditate : caput sit fidelitas et veracitas, nullumque habeas amicum haud similem tibi ipsi, et si erras, tunc ne formides emendari (4).

9. Tseng tse ait : si observes officia extrema et commemores remote defunctos, populi pietas redibit ad liberalitatem.

10. Tse k'in petiit a Tse kong dicens : Magister perveniens in aliquod regnum, profecto cognitionem capit ejus gubernii ; petitne illam an vero datur ipsi (5)? Tse kong ait : Magister comitate, probitate, reverentia, moderatione, obsequentia utitur ad obtinendam illam ; magistri de iis petitio, an non illa vero differt ab aliorum de iis petitione (6)?

11. Philosophus ait : patre superstite, inspice illius animum (7) ; patre defuncto, inspice ejus actiones ; si tribus annis nihil immutaverit a patris documentis, poterit vocari filius pius.

---

(2) 入 et 出, intus et foris. 文 ingenuæ litteræ et liberales artes.

(3) 賢 initio positum est verbum, prosequi tanquam sapientes. 易 sapientum amorem substituere voluptatum amori.

(4) 學 quæ didicerit vel addiscat. 主 quod caput et cardo est rei, cui propterea potissimum est innitendum.

(5) 與 primo tono, sic geminata, dubitantis est particula : 抑 est adversativa.

(6) 諸 particula hîc auxiliaris : hæc ergo littera, quatenus particula, aliquando est præpositio et idem valet ac 於 vel 乎, aliquando servit interrogationi, rarius etiam vocem fulcit aut phrasim.

(7) 其, unus aliquis, adhuc patrimus.

○有子曰、禮之用、和爲貴、先王之道、斯爲美、小大由之、有所不行、知和而和、不以禮節之、亦不可行也、

○有子曰、信近於義、言可復也、恭近於禮、遠恥辱也、因不失其親、亦可宗也、

○子曰、君子食無求飽、居無求安、敏於事、而慎於言、就有道而正焉、可謂好學也已、

○子貢曰、貧而無諂、富而無驕、何如、子曰、可也、未若貧而樂、富而好禮者也、子貢曰、詩云、如切如磋、如琢如磨、其斯之謂與、子曰、賜也、始可與言詩已矣、告諸往而知來者、

○子曰、不患人之不已知、患不知人也、

○子曰、爲政以德、譬如北辰、居其所、而衆星共之、

由 Yeou, ex, per : sequi : 猶, veluti. *R.* 102.
復 Fou, renovare, reverti, retribuere. 復 Feou, iterum.
辱 Jou, dedecus, ignominia. *R.* 161.
飽 Pao, satiari.
就 Tsieou, mox, statim : accedere : perficere.
諂 T'chan, adulari.
賜 Se, largiri, inferiori donare.
告 Kao, significare, monere. 告, Ko, adire ad aliquid dicendum.
譬 P'i, comparare.
共 Kong, simul. 共, Revereri 恭: n. loci. 供, Ministrare. 拱, Coram respicere : salutare. *R.* 12.

---

(1) Parva, sicut quæ ad vestitum victumque pertinent ; magna, sicut quæ ad regulorum conventus spectant ; omnia principium habent in hujusmodi prono facilique ritu, ingenuo et consentaneo decoro.

12. Yeou tse ait : rituum praxis facilitatem habet potissimam ; antiquorum regum instituta inde sunt celebria, et parva et magna emanarunt inde (1). At est aliquid non agendum : unice videre facilitatem statimque prosequi, quin juxta ritum illam modereris, equidem non est agendum (2).

13. Yeou tse ait : promissum accedat ad æquitatem, et fides poterit præstari ; obsequium congruat cum ritibus, et arcebis verecundiam et dedecus ; in adhærendo, ne omittas qui expetendi sunt, et sic poteris diu inniti (3).

14. Philosophus ait : sapiens qui vescendo non quærit saturitatem, in mansione non quærit commoda, est impiger in negotiis et circumspectus in verbis, adit præditos virtute ut dirigatur, poterit dici amare sapientiæ studium (4).

15. Tse kong ait : esse pauper et non adulator, dives et non superbus, quomodo ? Confucius reponit : bene est ; sed nondum sicut qui sit pauper et lætus, dives et amans urbanitatem. Tse kong ait : Carmen (I. 55.) habet : « sicut secans et sicut limans ebur, sicut cælans et sicut expoliens gemmas » : id nonne hujusmodi sensus est ? Confucius subjungit : *Se* scilicet, et tunc potero simul disserere versus : monui de præcedentibus, et jam assequitur subsequentia (5).

16. Philosophus ait : non angor alios non meipsum cognoscere, angor non cognoscere alios.

PARS POSTERIOR.

1. Philosophus ait : Gerens gubernium per virtutem, est sicut polare sidus, quod manet in suo loco, et omnes stellæ obvertuntur illi (6).

---

(2) Nota concisum illud 知 和 而 和, unice præ oculis habere comitatem, et sic ad eam ferri.

(3) Initio scilicet præcauto opus est ; secus, promissum non poterit adimpleri, tu ultra modum deprimeris pudens et probrosus, diutino carebis patrocinio.

(4) 已, quod proprie notat præteritum aut significat cessare, etiam cum est particula finalis, ut in 也 已 et 已 矣 accidit, haud omnino suum sensum exuere videtur.

(5) Viri nomini particula 也 adjungitur. 始 seu 方, *tunc ;* da mihi, ut *Se*, sagacem, et cum eo dabitur disserere versus. 與 secundo tono. 往 superius dicta, lætitia et urbanitas ; 來 nondum dicta, limandum, et expoliendum, progrediendum.

(6) 共 sonat 拱.

○子曰、詩三百、一言以蔽之、曰、思無邪、

○子曰、道之以政、齊之以刑、民免而無恥、道之以德、齊之以禮、有恥且格、

○子曰、吾十有五、而志於學、三十而立、四十而不惑、五十而知天命、六十而耳順、七十而從心所欲、不踰矩、

○孟懿子問孝、子曰、無違、樊遲御、子告之曰、孟孫問孝於我、我對曰無違、樊遲曰、何謂也、子曰、生事之以禮、死葬之以禮、祭之以禮、

○孟武伯問孝、子曰、父母唯其疾之憂、

○子游問孝、子曰、今之孝者、是謂能養、至於犬馬、皆能有養、不敬、何以別乎、

○子夏問孝、子曰、色難、有事弟子服其勞、有

蔽 Pi, contegere : tenue.
邪 Sié, inclinatus, pravus. Ié 耶, nota interrogandi : 琅邪, pars Chan tong orientalis.
免 Mien, evitare : parcere. 免 Wen, parturire. Wan 絻, cœremonia funebris. *R.* 10.
六 Lou, sex. *R.* 12.
耳 Eul, auris : vasis ansa : littera finalis.
七 T'si, septem.
踰 Yu, prætergredi, excedere, 逾.
懿 I, bonus, excellens. *R.* 61.
樊 Fan, cavea. 樊, Seps. *R.* 75.
遲 T'che, tarde, lente : procrastinare. 遲 Tche, expectare.
御 Yu, regere : imperialis : assistere : præcavere. Ia 迓, obviare.
對 Toei, ex adverso, coram : par : respondere.
伯 Pé, patruus vel frater major : Dux : genius equarius, ei facere. Pa 霸, caput regulorum.
游 Yeou, natare : vagari.
犬 K'iuen, canis.
勞 Lao, labor, molestia. 勞, Consolari.

2. Philosophus ait : odæ tercentæ : unico verbo ad complectendum eas dicerem : *mens careat obliquitate* (IV. 32).

3. Philosophus ait : si ducas illum per civiles leges, et componas illum per pœnales leges, populus sibi cavebit, at carebit pudore : si ducas illum per virtutem, et contineas illum per ritus, habebit pudorem atque adeo fiet rectus (1).

4. Philosophus ait : ego decem et quinque natus, tunc animum applicavi ad magnam scientiam : trigesimo anno, tunc firmus constiti; quadragesimo, jam non hæsitabam; quinquagesimo, tunc novi cœli providentiam; sexagesimo, auris facilis erat ad intelligendum : septuagesimo, tunc sequebar quod cor desiderabat quin transgrederer regulam (2).

5. Mong i tse quæsivit de pietate filiali : philosophus ait : nihil transgredi. Fan t'che aurigante, Confucius monuit eum dicens : Mong suen quæsivit de pietate a me; ego respondens dixi : nihil transgredi (3). Fan t'che ait : quid significat? Confucius ait : viventibus, servias ipsis juxta ritus; mortuos, sepelias eos juxta ritus, et lites eis juxta ritus.

6. Mong ou pé interrogavit de filii pietate : Confucius ait : parentes unice de illius infirmitate solliciti (4).

7. Tse yeou interrogavit de pietate filiali. Confucius ait : nunc temporis pietas filialis scilicet significat posse subministrare; at quoad canes et equos, æque possunt habere alituram : si non venereris, in quo erit discrimen (5)?

8. Tse hia quæsivit de pietate filiali : Philosophus ait : oris alacritas, difficilis; quod si habeant negotia, et juniores puerique subeant illorum

---

(1) 道 sonat 導; 格 significat pervenire ad rectum.

(2) 有 tertio tono; 學 denotat adultorum scientiam, cui ea ætate solebant antiqui operam dare.

(3) Tres toparchæ, ex tribus Hoan 桓 Reguli filiis oriundi, Mong suen 孟孫, Chou suen 叔孫, Ki suen 季孫, regni Lou auctoritatem tunc usurpaverant; Mong i tse, scilicet Mong suen, et Mong ou pé erat ipsius filius.

(4) Sensus duplex est : 1° solliciti sunt; talem parentum animum induat filius sibique caveat, et certo erit pius : 2° solliciti sint, nempe : parentes nonnisi illius infirmitatem doleant, nullamque præterea a filii actione capiant ægritudinem.

(5) 養 tertio tono, subministrare alimonium, servire.

酒食、先生饌、曾是以爲孝乎、

○子曰、吾與回言終日、不違如愚、退而省其私、亦足以發、回也不愚、

○子曰、視其所以、觀其所由、察其所安、人焉廋哉、人焉廋哉、

○子曰、温故而知新、可以爲師矣、

○子曰、君子不器、

○子貢問君子、子曰、先行其言、而後從之、

○子曰、君子周而不比、小人比而不周、

○子曰、學而不思、則罔、思而不學、則殆、

○子曰、攻乎異端、斯害也已、

○子曰、由、誨女知之乎、知之爲知之、不知爲不知、是知也、

○子張學干祿、子曰、多聞闕疑、愼言其餘、則寡尤、多見闕

酒 Tsieou, vinum. *R.* 164.
饌 Tchoen, cibus et potus.
私 Se, privatus : sororis vir. *R.* 115.
廋 Seou, abscondere : inquirere.
比 Pi, comparare : ordo : componere. 比, Pervenire : examinare : sequi : æquare : unire : privatus.
比 P'i, conjungere.
罔 Wang, non, sine ; non rectum : rete. *R.* 122.
攻 Kong, a quatuor partibus oppugnare, impetere : applicare se.
誨 Hoei, docere.
女 Niu, mulier. 女, Filiam nuptui dare. Jou 汝, tu.
張 Tchang, extendere : intendere

laborem, iisque habentibus potum et cibum majores natu alimententur, an vero hoc reputabitur pietas filialis (1)?

9. Philosophus ait : Ego cum Hoei loquor tota die, non contradicit quasi esset stolidus : cum recesserit, examino ejus privatam actionem, et nihilominus par est ad splendidam executionem : Hoei porro non est stolidus.

10. Philosophus ait : respice quid talis agat, observa ejus quale motivum, examina quo ille delectetur; homo qui unquam latebit? Homo qui poterit occultari (2)?

11. Philosophus ait : recole antiqua et hinc deduc nova, et poteris fieri præceptor.

12. Philosophus ait : Sapiens non est unius usus vas.

13. Tse kong quæsivit de sapiente : Confucius ait : prius agit quæ dicit, et postea verba rem sequuntur.

14. Philosophus ait : Sapiens est universalis et non factiosus; vulgaris homo est privati affectus, non universalis benevolentiæ homo.

15. Confucius ait : addiscere quin reflectas, tunc evanescet : reflectere quin addiscas, id erit periculosum.

16. Philosophus ait : applicari ad insolitas doctrinas, id est detrimentosum (3).

17. Philosophus ait : Yeou, doceam te scientiam? quod scis reputes id scire, quod nescis reputes nescire, hoc est vere scire (4).

18. Tse tchang in addiscendo aspirabat ad magistratus stipendia. Confucius ait : multis auditis sepone incerta, et caute dicas reliqua; tunc modicum

---

(1) 食' legitur *se;* 曾 legitur t'seng, jam, adhuc, nota præteriti; 色 potest etiam intelligi de secundando parentum vultu. Confucius juxta interrogantium necessitates varium dedit de pietate responsum.

(2) 以 præter ordinarias acceptiones, aliquando, ut hîc, significat agere : alias, ut in Mentsio, pro 已 : alias pro 與 usurpatum. 由 seu 從 *unde venit.* 哉 in fine, interrogantis et exclamantis est, *quî unquam.*

(3) 斯 conclusionis nota, sicut particula 則, pro qua et 斯 et 此 quandoque reperitur.

(4) 女 sonat 汝.

---

arcum : reti capere. 張', apte disponere : inflatus.

干 Kan, scutum : quærere : peccare : hastile : cycli truncus : ripa.

闕, K'iué, rima, lacuna, deficere : januæ regiæ.

殆、慎行其餘、則寡悔、言寡尤、行寡悔、祿在其中矣、

○哀公問曰、何爲則民服、孔子對曰、舉直錯諸枉、則民服、舉枉錯諸直、則民不服、

○季康子問使民敬忠以勸、如之何、子曰、臨之以莊、則敬、孝慈、則忠、舉善而教不能、則勸、

○或謂孔子曰、子奚不爲政、子曰、書云孝乎、惟孝友于兄弟、施於有政、是亦爲政、奚其爲爲政、

○子曰、人而無信、不知其可也、大車無輗、小車無軏、其何以行之哉、

○子張問十世可知也、子曰、殷因於夏禮、所損益、可知也、周因於殷禮、所損益、可知也、其或繼周者、雖百世可知也、

○子曰、非其鬼而祭之、諂也、見義不爲、無勇也、

直, Tche, rectus, recta. *R.* 109.
枉, Wang, non rectus : deprimere.
奚, Hi, quid, quomodo? *R.* 37.
輗, Ni, plaustri jugum ad jugandos boves, temonis locus quo aptatur jugum.
軏, Yué, currus jugum ad jugandos equos.
損, Suen, lædere, vulnerare : demere.

---

(1) 對 est respondere cum reverentia, qualis debebatur regni Lou regulo.

(2) Ki kang tse, scilicet Ki suen, de quo supra.

(3) Pietas in gubernio domus valet ad gubernium regni, proindeque domestica pietas etiam est gubernium.

errabis : multis visis, omitte minus tuta, et caute agas quæ supersunt; tunc pauca pœnitenda : in verbis pauca errata, in actionibus pauca pœnitenda; en stipendium in his consistit.

19. Ngai regulus interrogans ait : quid agam ut populus acquiescat? Confucius respondens ait (1) : eleva probos, abdica omnes perversos, tunc populus acquiescet : si elevas pravos et dejicis omnes probos, tunc populus non acquiescet.

20. Ki kang tse petiit : ut populus revereatur, sit fidelis, sicque ad virtutem excitetur, quo id fiet pacto (2)? Confucius ait : præsis illi cum gravitate, tunc reverebitur; serva pietatem et clementiam, tunc erit fidelis; promove bonos et instrue debiles, tunc excitabitur.

21. Quidam alloquens Confucium ait : Magister, quare non geris gubernium? Confucius ait : annales (IV. 21.) nonne memorant pietatem? *Scilicet pietatem et benevolentiam in fratres, extende ad habendum gubernium*, hoc etiam est gerere gubernium; quomodo illud unum censebitur gerere gubernium (3)?

22. Philosophus ait : homo qui tamen careat veracitate, nescio qui constabit : magnum plaustrum sine boum jugo, et parvus currus sine equorum jugo, illa quo pacto agentur?

23. Tse tchang petiit an decem dynastiarum detur prænotio (4) : Confucius reponit : Yn innitebatur in dynastiæ Hia principiis, et quod dempsit vel addidit, potest sciri (5) : Tcheou innixa in dynastiæ Yn disciplinis, et quod demit vel addit, jam potest sciri : quæ forte succedent dynastiæ Tcheou, licet centum essent dynastiæ, possunt præsciri (6).

24. Philosophus ait : si non sit proprius genius, et tamen lites illi, adulatio est (7). Si vides esse æquum et non agis, cares fortitudine.

---

(4) Pro 也, aliud exemplar habet 乎.

(5) Eadem utrobique principia naturalia : si quæ sit mutatio, res respicit accessorias nec ita gravis momenti.

(6) Illud 其 cum 者, *illæ quæ*, notatu dignum.

(7) Imperatoris erat sacrificare Cœlo et Telluri, regulorum sacrificare spiritibus montium et fluviorum, toparcharum sacrificare spiritibus regionum, populi autem tantum sacrificare majorum Manibus : inferior nequit sibi arrogare superiorum jura.

卷一

孔子謂季氏、八佾舞於庭、是可忍也、孰不可忍也、

○三家者、以雍徹、子曰、相維辟公、天子穆穆、奚取於三家之堂、

○子曰、人而不仁、如禮何、人而不仁、如樂何、

○林放問禮之本、子曰、大哉問、禮與其奢也、寧儉、喪與其易也、寧戚、

○子曰、夷狄之有君、不如諸夏之亡也、

○季氏旅於泰山、子謂冉有曰、女弗能救與、對曰、不能、子曰、嗚呼、曾謂泰山、不如林放乎、

○子曰、君子無所爭、必也射乎、揖讓而升、下

氏 Che, cognomen, familia. 氏 Tche, nomen locorum.

八 Pa, octo.

佾 I, ordo choreas agentium.

舞 Ou, chorea pantomimica.

庭 T'ing, tablinum, oecus, aula. 逕庭, Valde distans, a communi genio alienus.

忍 Jen, patientia.

雍 雝 Yong, concordia. 雍, Una e 9 provinciis. 擁, Obstruere. *R.* 172.

徹 T'che, penetrare : conclusio : æque distribuere tributum.

堂 T'ang, templum, aula. *R.* 32.

林 Lin, silva.

奢 Ché, prodigere.

戚 T'si, minor securis : affinis : commiserari, tristis.

冉 Jan, debilis. *R.* 13.

救 Kieou, salvare.

嗚 Ou, heu!

呼 Hou, vocare, inclamare : halitum emittere. 呼, Obclamitare, voce terrere.

揖 I, reverentiam exhibere : manibus sublatis et dimissis salutare : urbane cedere. 揖 Tsi, congregare.

升 Cheng, ascendere : decima modii pars : perficere : 80 fila. *R.* 24.

CAPUT SECUNDUM.

Philosophus dixit de Ki cognominato : octo choros saltantes in aula ; id potest ferre, quid jam non poterit audere (1) ?

2. Tres familiæ utebantur hymno *yong* ad tollendam sacrificii mensam (2). Confucius ait : illud IV. 17. *adjuvant nonnisi regnantes principes, cœli filius religione plenus*, quomodo usurpatur in trium familiarum templo ?

3. Philosophus ait : homo qui non sit pius, quoad ritus quomodo ? homo non pius, quoad musicam quomodo (3) ?

4. Lin fang petiit rituum potissimum. Confucius ait : magna sane quæstio ! In ritibus potius quam prodigalitas præstat sobrietas : in funere potius quam concinnitas præstat mæror (4).

5. Philosophus ait : Barbari occidentales et boreales habent principem ; non sicut frequentissimi Sinæ qui non habent (5).

6. Ki dominus litabat T'ai monti : Confucius alloquens Jan yeou ait : tu num non poteris mederi ? Respondens ait : non possum. Confucius subjunxit : Heu ! ergone dicetur T'ai montem nec æquare Lin fang (6) ?

7. Philosophus ait : Sapiens nihil est in quo contendat ; si plane esset,

---

(1) 季氏 seu 季孫, de quo supra ; 氏 significat cognomen particulare. Imperatores in parentalibus producebant octo funebres choros, quorum singuli octo saltantibus constabant : reguli, senos ; toparchæ, quaternos ; litterati, binos. Ultima phrasis potest etiam sic efferri : *id potest tolerari, quid jam non poterit tolerari ?*

(2) Tres familiæ, scilicet 孟孫, 叔孫, 季孫, de quibus supra. 雍 est titulus odæ quæ habetur IV. 17.

(3) Quomodo adhibebit ritus et musicam ?

(4) Lin fang regni Lou civis. 易 valet 治.

(5) 諸 indicat pluralitatem. 亡 sonat 無.

(6) Jan yeou tunc erat Ki familiæ administer. Reguli erat sacrificare montis spiritui : hic ergo non censendus sacrificium probare contra ritus oblatum, cum dici nequeat montis T'ai spiritum nec sicut Lin fang de ritibus esse sollicitum. 女 sonat 汝. 旅 sacrificii genus.

而飲、其爭也君子、

○子夏問曰、巧笑倩兮、美目盼兮、素以爲絢兮、何謂也、子曰、繪事後素、曰、禮後乎、子曰、起予者商也、始可與言詩已矣、

○子曰、夏禮吾能言之、杞不足徵也、殷禮吾能言之、宋不足徵也、文獻不足故也、足、則吾能徵之矣、

○子曰、禘自既灌而往者、吾不欲觀之矣、

○或問禘之說、子曰、不知也、知其說者之於天下也、其如示諸斯乎、指其掌、

○祭如在、祭神如神在、子曰、吾不與祭、如不祭、

○王孫賈問曰、與其媚於奧、寧媚於竈、何謂也、

笑' Siao, ridere.

倩' T'sien, venustus gelasinus. T'sing, operarium conducere.

盼' P'an, nigra pupilla in candida orbita : acuti oculi.

絢' Hiuen, multicolor ornatus.

繪' Hoei, pingere, colorare.

'起 K'i, surgere, elevare, efferre.

'商 Chang, consultare : sonus *sol* : mercator discurrens : 2ª dynastia. *R.* 30.

灌' Koan, rigare : libare : arbores spissæ. 灌灌 sincerissime admonere.

'賈 Kou, mercator stabilis. 賈 Kia, cognomen. 價', pretium. *R.* 154.

媚' Mei, mulier venusta : blandiri.

奧' Ngao, angulus domus ad libonotum, adeoque obscurior : reconditum. T'soan, ignis spiritui sacrificium. Io 澳', littus curvum. 燠', Calidus.

竈' Tsao, focus : lares focarii.

nonne in sagittando foret? At salutat obsequenter et ascendit; descendit et cyathissat : hujusmodi, contentio sapientis est (1).

8. Tse hia interrogans ait : illud Carminum « *Venustum ridens ducit rictum, pulcher oculus distincte nitet, et ex albo facit coloratum* » quid significat (2)? Confucius ait : pingendi opus subsequitur album stratum. Subjungit ille : ritus etiam subsequitur (3)? Confucius reponit : qui effert me, Chang sit, et tunc potero simul eloqui carmina jam.

9. Philosophus ait : dynastiæ Hia ritus, ego possum illos exponere, at regnum K'i non sufficit comprobare; dynastiæ Yn ritus ego possum exponere illos, at regnum Song non sufficit ad testificandum : codices et sapientes non suppetunt, ideo quidem : si suppeterent, tunc ego possem illos comprobare.

10. Philosophus ait : quinquennale sacrificium, ex facta libatione et subsequentibus, ego non volo aspicere illud (4).

11. Aliquis petiit quinquennalis sacrificii significationem. Confucius ait : « nescio : qui sciret ejus significationem, quoad imperii res, is nonne quasi respiceret in hoc » ? et ostendit suam palmam (5).

12. Parentabat sicut adessent : litabat spiritibus, quasi spiritus adessent. Philosophus aiebat : ego si non intersum litamini, est sicut non litem.

13. Wei præfectus Wang suen kia interrogans ait : illud « *potius quam eblandiri apud spiritum aulæ, præstat eblandiri apud spiritum foci* »

---

(1) Qui jaculis certaturi erant, antequam in locum destinatum ascenderent, ter socios salutabant, et priorem locum deferebant. Victor descendebat cum victis, iisque salutatis, simul ascendebat ad pœnale poculum, quod ab occiduo latere prostabat. Ibi victus, nullo tradente cyathum, ut alias moris erat, nulloque ad bibendum hortante, ipse sumebat calicem, bibebatque vinum pœnale.

(2) Hic versus pertinet ad odam a Confucio expunctam ; dimidiatus invenitur (I. 57.); sensus est : nativæ pulchritudini addit ornamenti colores.

(3) Exteriores ritus sunt quid posterius.

(4) In regno Lou male peragebatur. 往, ultra progrediendo.

(5) Is facile regnum regeret, quia profunde sentiret pietatis virtutem. — Multa in hac phrasi simul recolenda : 者 nota participii, 之 articulus, 於 referens objectum, 也 terminans incisum, 其 resumens subjectum, 諸 præpositio, 乎 interrogando exclamans.

子曰、不然、獲罪於天、無所禱也、

○子曰、周監於二代、郁郁乎文哉、吾從周、

○子入大廟、每事問、或曰、孰謂鄹人之子知禮乎、入大廟、每事問、子聞之曰、是禮也、

○子曰、射不主皮、爲力不同科、古之道也、

○子貢欲去告朔之餼羊、子曰、賜也、爾愛其羊、我愛其禮、

○子曰、事君盡禮、人以爲諂也、

○定公問君使臣、臣事君、如之何、孔子對曰、君使臣以禮、臣事君以忠、

○子曰、關雎樂而不淫、哀而不傷、

○哀公問社於宰我、宰我對曰、夏后氏以

罪 Tsoei, peccatum 辠. *R.* 122.
禱 Tao, rogare fausta, precari.
郁 Yu, eleganter, venuste.
每 Mei, singuli : quamvis. *R.* 80.
鄹 Tcheou, urbs regni Lou, 鄒.
皮 P'i, pellis, corium, cortex.
科 K'o, ordo, gradus, examen : fossa : foramen in arbore. *R.* 115.
朔 Cho, novilunium : initium : septentrio. *R.* 74.
餼 Hi, cibaria offerre cruda.
關 Koan, claudere : regni claustra : telonium : penetrare : connexus. 關關, alternus avium concentus. Wan 彎, arcum armare.
雎 Tsiu, 雎鳩, casarca rutila, *avis aquatilis.*
淫 Yn, libidini indulgere : excedere, inundare.
傷 Chang, vulnerare.
宰 Tsai, dominari, regere : occidere animalia domestica, coquere.

---

(1) Quinque anni temporibus, ostii, foci, partis centralis, januæ, viæ Penatibus sacrificabatur : litatio in proprio cujusque loco ad numen demerendum incepta, in angulo domus ad libonotum sito 奧 complebatur, ut Manibus honor

quid significat? Confucius ait : non ita ; committens peccatum in cœlum, non habet quem deprecetur (1).

14. Philosophus ait : Tcheou inspexit in duas dynastias : proh quam abundans ejus decorum ! ego sequor Tcheou.

15. Philosophus ingressus primarium fanum, de singulis rebus quærebat. Aliquis dixit : quis dicet Tcheou civis filium cognoscere ritus? Ingressus primarium fanum, de singulis rebus interrogat. Confucius audiens hoc, ait : hoc ritus est (2).

16. Philosophus ait : sagittatio non fundatur corio, quia vires non sunt ejusdem gradus ; antiquorum erat doctrina (3).

17. Tse kong volebat abolere pro commonitione calendarum offerendam ovem (4). Confucius ait : *Se*, tu amas illam ovem, ego amo illum ritum.

18. Philosophus ait : serviens principi omnino servo ritus ; alii habent hoc pro adulatione.

19. Regni Lou Ting regulus petiit : princeps uti magistratu, magistratus servire principi, quomodo debet? Confucius respondens ait : princeps utitur magistratu juxta ritus, magistratus inservit principi cum fidelitate.

20. Philosophus ait : oda concinentis casarcæ (I. 1.) lætatur quin diffluat, mœret sed sine sauciatione.

21. Ngai regulus quæsivit de Telluris aris a Tsai ngo ; Tsai ngo

---

præstaretur : illud ergo potissimum, hoc honoris erat. Sic prima æstate, foci spiritui 竈 impense sacrificabatur, quod sine foco nec vita nec adeo spirituum cultus stare potest ; et dein Manium Repræsentatori ad libonotum occurrebatur. Ut ergo præfectus insinuet suam gratiam præ regia esse captandam, se vilioris loci blandito lari, regem Manibus in nobiliore aula honoratis comparat. Respondet Confucius nemini adulandum, ne ratio adeoque cœlum offendatur, cui omnes spiritus subjiciuntur. — Recole quomodo illud 與 其 a verbo 寧 exceptum, inserviat comparationi : quomodo item illud 於, verborum regimini sæpe adjungatur.

(2) 大 sonat 太, agitur de Tcheou Ducis (周 公) fano. 鄒, civitas regni Lou, qua Confucii pater magistratum gesserat.

(3) Sagittandi dexteritas non consistit in perforando coriacei scopi umbilico.

(4) Solebant reguli ad parentalem aulam, kalendis cujusque mensis, accedere, et mactata ove, avos de gerendis commonere. Mos in regno Lou intermissus fuerat : ovis tamen e censu publico adhuc subministrabatur.

松、殷人以柏、周人以栗、曰、使民戰栗、子聞之曰、成事不說、遂事不諫、既往不咎、

○子曰、管仲之器小哉、或曰、管仲儉乎、曰、管氏有三歸、官事不攝、焉得儉、然則管仲知禮乎、曰、邦君樹塞門、管氏亦樹塞門、邦君爲兩君之好、有反坫、管氏亦有反坫、管氏而知禮、孰不知禮、

○子語魯大師樂曰、樂其可知也、始作、翕如也、從之、純如也、皦如也、繹如也、以成、

○儀封人請見曰、君子之至於斯也、吾未嘗不得見也、從者見之、出曰、二三子何患於喪乎、天下之無道也久矣、天將以夫子爲木鐸、

松 Song, pinus sinensis.
柏 Pé, cupressus, thuya orientalis.
栗 Li, castanea : durus : 慄, timere.
戰 Tchan, præliari : timere.
遂 Soei, statim : sequi : recta emissaria in agris : regionis tractus.
諫 Kien, reprehendere, corripere.
咎 Kieou, culpa, culpare : calamitas. Kao 皐, antiqui ministri nomen. *R.* 30.
管 Koan, tibia duplex : fistula : curam gerere.
攝 Ché, prehendere : plura assumere : regere : vices gerere. Gné, pacare.
門 Men, porta : familia.
坫 Tien, creteus abacus invertendis scyphis appositus.
魯 Lou, hebes : regnum in Chan tong. *R.* 195.
皦 Kiao, clarus, candidus.
繹 I, quærere glomi principium, investigare, ordinatim explicare.
封 Fong, obsignare : cumulus terræ. 封, Territorium assignare.
請 T'sin, rogare, invitare : petere licentiam. T'sing 情.
鐸 To, campanula æreo aut ligneo malleo.

(1) In eo est allusio, quod 栗 *castanea* pro 慄 *timere* soleat usurpari.

(2) Confucius supervacaneum ait velle impedire res jam completas, vel eo

respondens ait : Hia regia familia conserebat pinis ; dynastiæ Yn homines utebantur cupressis : dynastiæ Tcheou homines utuntur castaneis, scilicet, ut populus timens contremiscat (1). Confucius audiens hoc, ait : de completis rebus ne loquaris ; proclinatas res ne exprobres ; cum transactae fuerint, ne crimineris (2).

22. Philosophus ait : Koan tchong illius capacitas proh quam exigua ! Aliquis ait : num Koan tchong parcus ? Reponit : Koan familia habet turrim San koei, et praefectorum officia non coalescunt ; qui haberetur parcus ? Ergone Koan tchong cognoscit ritus ? Reponit : regni princeps diathyro obstruit januam, et Koan familia etiam diathyro obstruit januam : regni princeps, ob duorum principum charistia, habet invertendis poculis repositorium ; Koan familia etiam habet invertendis poculis repositorium : si Koan cognominatus adhuc noscit ritus, quis non noscit ritus (3).

23. Philosophus erudiens regni Lou magnum phonascum de musica ait : musica, ipsa potest sciri (4) : exordio erumpit, sonis unitis : remittitur harmonice et distincte ; continenter perseverat ad concludendum (5).

24 In I, confiniorum præfectus petens introduci ait : sapientes cum pervenerint in hunc locum, mihi nondum unquam non licuit invisere (6) : sequaces introduxerunt eum : in exitu ait : vos pauci filioli, quid angimini de amissa dignitate ? imperium caret ordine, jamdiu quidem ; cœlum mox utetur magistro, ut sit lignea lingua tintinnabulum (7).

---

deductas ut impediri nequeant.

(3) Koan tchong, celeber T'si reguli minister. San koei, nomen turris ab eo ædificatæ. Ejus administri, singuli unicum gerebant officium. Regulorum erat habere siparium seu tegumentum contra portam, et creteum abacum, qui inversos scyphos reciperet. 好, amicum convivium.

(4) Musicæ regulæ haud scitu difficiles.

(5) 如 facit adverbia, exprimitque modum. 從 sonat 縱. Dicitur 成 unius symphoniæ seu musici segmenti conclusio.

(6) 儀, urbs regni 衛, ad quod, amissa in Lou dignitate 喪, Confucius perrexit.

(7) Eligebatur olim gravis mandarinus, qui leges imperii et doctrinam Sanctorum per provincias divulgaret : utebatur tintinnabulo æneo lingua lignea, ad discrimen tintinnabuli militaris, Kin to 金鐸, quo statuta bellica vulgabantur. Cœlum mox utetur Confucio, sive quod iterum magistratu ad alios erudiendos donabit, sive quod ideo magistratu privavit, ut excurrat virtutis præco. 將, nota futuri, *mox, propemodum*, innuit voluntatem agendi.

○子謂韶盡美矣、又盡善也、謂武盡美矣、未盡善也、

○子曰、居上不寬、爲禮不敬、臨喪不哀、吾何以觀之哉、

○子曰、里仁爲美、擇不處仁、焉得知、

○子曰、不仁者、不可以久處約、不可以長處樂、仁者安仁、知者利仁、

○子曰、惟仁者、能好人、能惡人、

○子曰、苟志於仁矣、無惡也、

○子曰、富與貴、是人之所欲也、不以其道得之、不處也、貧與賤、是人之所惡也、不以其道得之、不去也、君子去仁、惡乎成名、君子無終食之間違仁、造次必於是、顚沛必於是、

○子曰、我未見好仁者、惡不仁者、好仁者、無以尙之、

韶 Chao, voces consonæ : musica imperatoris Choen.

處 T'chou, habitare : disponere : quiescere, tranquillari : puella innupta. 處, Locus.

約 Yo, compescere, ligare : pauper : compendifacere : pactum. 約 Yao, chirographum.

顚 Tien, vertex : invertere.

沛 P'ei, subverti : pluviæ abundantia : nomen fluvii. 旆 Vexillum versicolor.

---

(1) *Concordia*, musica imperatoris Choen; *Bellator*, musica Ou regis. — Particulæ 矣 et 也 ita se excipiunt, ut utraque affirmet, una vero 也 concludat. 未, innuit nondum attigisse.

25. Philosophus dicebat musicam « *Concordia* » esse absolute pulchram tum absolute lenem; dicebat musicam « *Bellator* » esse omnino pulchram, non omnino lenem (1).

26. Philosophus ait : tenentem summa minime beneficum, exercentem ritus sine reverentia, accedentem funus quin doleat, ego, quo fultus, videam illos (2)?

PARS POSTERIOR.

1. Philosophus ait : Si vicus ex humanitate est laudandus, qui seligat non habitare humanitatis sedem, qui censetur sapere?

2. Philosophus ait : destitutus probitate non potest diu manere in paupertate, non potest diu manere in gaudio : probus quiescit in virtute, sapiens lucro ducit probitatem.

3. Philosophus ait : solum virtute præditus potest amare alios, potest odisse alios.

4. Philosophus ait : vere intentus in probitatem, nihil mali aget.

5. Philosophus ait : Divitiæ cum honoribus, sunt quod homines concupiscunt; at nisi per propriam viam obtineas ea, ne occupes : paupertas et ignobilitas, sunt quod homines aversantur; at vel si non ex recto jure offenderis ea, ne deseras. Sapiens amandata virtute, qui dum explebit sapientis nomen (3)? Sapiens nec integræ refectionis spatio deserit virtutem : in repentinis casibus profecto in ea est, in eversionis angustiis profecto in ea est.

6. Philosophus ait : ego nondum vidi amatorem justitiæ, osorem iniquitatis : amator is justitiæ, nihil est quod anteponat ei; osor is iniquitatis,

---

(2) Carent solida basi, qua fulciatur meum de ipsis judicium.

(3) Particula 乎, non modo, ut 於, est præpositio, facit passiva, servit comparativis; nec modo, ut ipsamet, jungitur regimini, adeoque post verba idem valere potest ac *quod;* v. g. 難乎 difficile est quod, 宜乎 decet quod, 怨乎 indignatur quod : sed etiam, quod hîc comprimis est adnotandum, sequitur aliquando 於 vel 惡, ut adjuvet atque fulciat. Unde illa : 於是乎 ex hoc vero, 於從政乎何有 in exequendo regimine porro quid negotii? 惡乎執 quomodo tenebit? 惡乎成 quomodo perficiet?

惡不仁者、其爲仁矣、不使不仁者、加乎其身、有能一日用其力於仁矣乎、我未見力不足者、蓋有之矣、我未之見也、

○子曰、人之過也、各於其黨、觀過斯知仁矣、

○子曰、朝聞道、夕死可矣、

○子曰、士志於道、而恥惡衣惡食者、未足與議也、

○子曰、君子之於天下也、無適也、無莫也、義之與比、

○子曰、君子懷德、小人懷土、君子懷刑、小人懷惠、

○子曰、放於利而行、多怨、

○子曰、能以禮讓爲國乎、何有、不能以禮讓爲國、如禮何、

○子曰、不患無位、患所以立、不患莫己知、求爲可知也、

○子曰、參乎、吾道一以貫之、曾子曰、唯、子出、門人問曰、何謂也、曾子曰、夫子之道、忠恕而已矣、

加 Kia, addere, angere. *R.* 19.
各 Ko, quilibet. *R.* 30.
黨 Tang, socii, cœtus conspirantium : pagus 500 familiarum.
夕 Si, vesper.
適 Che, ire : contentus : fortuito.
嫡 Ti, judicii pertinax. Ti consanguineus.
謫 Tche, reprehendere, castigare.
惠 Hoei, beneficium, favor.
貫 Koan, trajicere, permeare :
慣 assuescere.

ita aget justitiam, ut ne minus æquum quid adveniat in ejus personam. At est qui possit vel una die exerere suas vires in justitiæ virtutem? ego nunquam vidi ejus vires non sufficere : forte id extitit; sed ego nondum illud vidi.

7. Philosophus ait : Homines excedunt singuli in suo genere : observa excessus, et sic scies cordis virtutem (1).

8. Philosophus ait : si mane acceperis sapientiam, vespere mori licebit.

9. Philosophus ait : litteratus intendens in sapientiam et tamen erubescens vilem vestitum et rudem cibum, non est dignus quicum illam edisseram.

10. Philosophus ait : Sapiens vir quoad totum imperium, nihil obstinat velle nihil nolle, æquitas est quacum adhæret.

11. Philosophus ait : sapiens vir affectat virtutem, vulgaris homo cogitat terrena; sapiens cordi habet leges, vulgaris homo studet lucro.

12. Philosophus ait : Incumbere in lucrum ad agendum, multas simultates excipiet.

13. Philosophus ait : Potesne juxta officiorum veracitatem administrare regnum? tunc quid negotii? Si non potes juxta officiorum veracitatem administrare regnum, tunc ad quid officiorum formæ (2)?

14. Philosophus ait : ne angaris quod careas dignitate, sed sollicitus sis de eo ob quod eleveris; ne angaris quod nemo teipsum noscat, sed quære esse dignus ut noscaris.

15, Philosophus ait : O Chen, mea agendi ratio per unum transigit omnia (3) : Tseng tse reponit : certe. Confucius abit; scholæ alumni interrogarunt, dicentes : quid significat? Tseng tse ait : Magistri ethica est integritas cordis extensa ad proximum, et nihil aliud (4).

---

(1) Recole illud 斯 pro 則, *et tunc, tunc statim.*

(2) 讓 est interna observantia, quæ tanquam anima debet externos ritus informare.

(3) Confucius in ordine cognitionis omnia refert ad primum principium, ideo alibi ait : ego per unum pervado omnia ; in ordine actionis, omnia reducit ad integritatem sibi et aliis acquirendam, ideo hic ait : mea agendi ratio per unum permeat omnia : 之 ergo ex subjecta materia, hic totum actionum, illic totum cognitionum ordinem designat.

(4) Duas illas voces 忠 et 恕, sic solent aliqui enucleare, ut prima 中 心, altera 如 心 apte ad sensum transferatur.

○子曰、君子喻於義、小人喻於利、

○子曰、見賢思齊焉、見不賢而內自省也、

○子曰、事父母幾諫、見志不從、又敬不違、勞而不怨、

○子曰、父母在、不遠遊、遊必有方、

○子曰、父母之年、不可不知也、一則以喜、一則以懼、

○子曰、古者言之不出、恥躬之不逮也、

○子曰、以約失之者、鮮矣、

○子曰、君子欲訥於言、而敏於行、

○子曰、德不孤、必有鄰、

○子游曰、事君數、斯辱矣、朋友數、斯疏矣、

卷三

子謂公冶長、可妻也、雖在縲絏之中、非其罪也、以其子妻之、

遊 YEOU, spatiari : peregrinari, vagari : amicitia junctus.

躬 KONG, corpus : ipsemet. *R.* 158.

訥 NO, lingua impeditus, balbutire.

鄰 LIN, vicinus : vicus 5 familiarum. 轔, Sonitus curruum.

數 CHOU, numerus, numerare. 數, Enarrare, examinare. 數, CHO, molestus : sæpe. 數, TSO, spissus.

疏 CHOU, crassus, oryza crassior :

16. Philosophus ait : sapiens vir est prudens in justitia, vulgaris homo intelligens in lucro.

17. Philosophus ait : videns sapientem cogita exæquare ; videns non sapientem, tunc interius teipsum examina.

18. Philosophus ait : serviens patri et matri sensim reprehendas ; videns eorum voluntatem non morem gerere, magis reverere quin deterrearis (1) ; si te vexent, nec tum indignaberis.

19. Philosophus ait : Patre et matre superstite, ne longe peragres : peragrans oportet determines locum.

20. Philosophus ait : Parentum ætas nequit non teneri ; hinc quidem ut læteris, inde vero ut timeas (2).

21. Philosophus ait : antiqui sermonem non effundebant ; verecundabantur se eo non attingere (3).

22. Philosophus ait : qui in se coercendo deficiant sibi, rari sunt (4).

23. Philosophus ait : sapiens amat esse tardus in verbis et promptus in actionibus.

24. Philosophus ait : virtus non sola manet, certe habet asseclas.

25. Tse yeou ait : si serviens principi es importunus, tunc dedecore afficieris ; si cum amico es importunus, tunc alienabis.

CAPUT TERTIUM.

Confucius dixit, discipulo Kong yé t'chang posse uxorem dari ; licet esset inter vincula, non esse ejus culpam ; sumens suam filiam, tradidit illi nuptui.

---

10. Philosophus ait : amator fortitudinis ægre ferens paupertatem, perturbator erit ; si quis jam careat probitate, et adverseris illi jam nimis, erit perturbator.

11. Philosophus ait : si habeas Tcheou Ducis dotum splendorem, casu quo superbias et avaritia sordescas, cetera nec digna intuitu jam (1).

12, Philosophus ait : tres annos studens sapientiæ, quin intendat in stipendium, non facile invenitur (2).

13. Philosophus ait : firmiter adhærens ama sapientiæ studium, ad mortem tenax proba virtutis viam ; periclitans regnum ne ingrediaris, turbatum regnum ne inhabites ; si imperium servet ordinem, tunc te exhibeas ; si destituatur ordine, tunc latites : cum regno constat lex, pauperem esse atque ignobilem, probrosum est ; cum regno deest lex, divitem esse atque nobilem, pudendum est.

14. Philosophus ait : non constitutus in ea dignitate, ne moliaris illius administrationem.

15. Philosophus ait : in magistri Tche initio, odæ « *Concinens Casarca* » finalis stropha proh quam plene implebat aures (3) !

16. Philosophus ait : fervidum nec vero rectum, rudem nec tamen sedulum, totum ineptum et tamen non sincerum, hujusmodi ego non agnosco.

17. Philosophus ait : disce quasi non fueris assecutus, et adhuc time ne illud amittas.

18. Philosophus ait : proh sublimitas ! Choen et Yu tenebant imperium, et tamen nulli intererant (4).

19. Philosophus ait : Oh quam magnus Yao tenens principatum ! proh sublimitas ! nonnisi cœlum est magnum, et nonnisi Yao æmulatus illud. Proh immensitatem ! populus non valuit verbis assequi. O quam excelsa ille obtinuit gestorum merita, o quam splendidum ille habuit decori apparatum (5) !

---

(1) Nota illius 之 repetitionem.

(2) 至 mendose pro 志, ut ait interpres.

(3) Cum Confucius e regno Wei reversus fuerat regnum Lou, magister musices, nomine Tche, munus suum auspicabatur.

(4) Habebant quasi non haberent : 與 tertio tono, *interesse, particeps esse.*

(5) Apparatum scilicet rituum, musicæ, legum quas instituit.

○舜有臣五人、而天下治、武王曰、予有亂臣十人、孔子曰、才難、不其然乎、唐虞之際、於斯爲盛、有婦人焉、九人而已、三分天下有其二、以服事殷、周之德、其可謂至德也已矣、

○子曰、禹、吾無間然矣、菲飲食、而致孝乎鬼神、惡衣服、而致美乎黻冕、卑宮室、而盡力乎溝洫、禹、吾無間然矣、

卷五

子罕言、利、與命、與仁、

○達巷黨人曰、大哉孔子、博學、而無所成名、子聞之、謂門弟子曰、吾何執、執御乎、執射乎、吾執御矣、

唐 T'ang, antiquum regnum.
虞 Yu, considerare : tranquillare : ambigere : præcavere : lætari : regii nemoris præfectus : nomen regni : cognomen.
際 Tsi, terminus, ora : opportunitas : conjungi.
分 Fen, partiri, pars : distribuere : 10ª pollicis. 分, Partes, officium.
菲 Fei, florens. 菲, Raphanus : tenuis. 屝, Calceus stramineus.
黻 Fou, litteræ nigro cœruleoque distinctæ in inferiore tunica.
冕 Mien, sacrificus pileus.
宮 Kong, palatium.
溝 Keou, transversi agrorum euripi.
洫 Siu, recti agrorum canaliculi.
罕 Han, raro : rete venatorium : vexillum.

---

(1) 亂 *turbare*, per antiphrasim significat *ordinare*.

(2) Quinque Choen ministri, scilicet 禹 operum, 稷 agriculturæ, 契 institutionis, 皐陶 criminum, et 伯益 sylvarum præfectus. Decem Ou regis præfecti,

20. Choen habebat præfectos quinque viros, et imperium bene administrabatur; Ou rex aiebat : ego habeo bene administrantes præfectos decem homines (1). Confucius subjunxit : *dotes raræ sunt*, nonne id ita est? Yao et Choen imperii concursus, solus præ hoc nostro fuit florentior : et tamen, cum intersit una mulier, novem sunt viri et nil amplius. At ex tribus partibus imperii habentem duas, cum his subjecte serviisse dynastiæ Yn, Tcheou nostri virtus, illa potest dici summa virtus (2).

21. Philosophus ait : Imperatorem Yu, ego nullo defectu noto. Parcus potus et cibi, at valde pius erga manes et spiritus; vulgaris ordinario vestitu, at valde pulcher in sacro gremiali et tiara; humilis palatio et ædibus, at exhausit vires in agrariis aquæductibus. Yu, mihi nulla rima fatiscit (3).

CAPUT QUINTUM.

Philosophus raro loquebatur de lucro, atque Providentia, atque perfectionis natura.

2. Ta hiang vici homo dixerat : magnus vere Confucius! Late eruditus : at caret quo fiat famosus (4). Confucius id audiens, allocutus scholæ discipulos ait : ego quam tractabo? Tractabone aurigationem, tractabone jaculationem (5)? Ego tractabo aurigationem.

---

scilicet 周公, 召公, 太公, 畢公, 榮公, 太顛, 閎夭, 散宜生, 南宮适, novem viri, et regina 邑姜, quæ interiorem regiam gubernabat. Confucii, qui ob reverentiam erga Ou regem, proprio hîc nomine, haud vero solito magistri titulo appellatur, hæc est sententia : « quod nostra dynastia decem recenseat heroes, probat illam aureo Choen ævo vix concedere; quod tam florens dynastia novem tantum viros exhibeat, confirmat vulgare adagium, præclaras dotes esse raras; quod Wen rex ita se gesserit, ostendit nostram dynastiam etiam de virtute ad priora accedere sæcula. » Ceterum volunt aliqui ultimum paragraphum, addito 子曰, a ceteris esse separandum.

(3) 間然 *rimas agere*, defectus innuit carpendos. De 韍冕 et 溝洫, annotationes prævias consule.

(4) Liberali aliqua arte famosus : ideo Confucius aurigationi, quæ humilior est, se dicit operaturum.

(5) 乎 debet repeti, quoties sic servit dubitationi.

○子曰、麻冕、禮也、今也純、儉、吾從衆、拜下、禮也、今拜乎上、泰也、雖違衆、吾從下、

○子絕四、毋意、毋必、毋固、毋我、

○子畏於匡、曰、文王既沒、文不在茲乎、天之將喪斯文也、後死者不得與於斯文也、天之未喪斯文也、匡人其如予乎、

○大宰問於子貢曰、夫子聖者與、何其多能也、子貢曰、固天縱之將聖、又多能也、子聞之曰、大宰知我乎、吾少也賤、故多能鄙事、君子多乎哉、不多也、牢曰、子云、吾不試、故藝、

○子曰、吾有知乎哉、無知也、有鄙夫問於我、空空如也、我叩其兩端而竭焉、

○子曰、鳳鳥不至、河不出圖、吾已矣夫、

麻 Ma, cannabis sativa.
拜 Pai, salutare, prostrato capite venerari : imperator conferens magistratum : inflectere. *R.* 64.
匡 K'oang, rectus, corrigere. 筐, cista quadrata.
茲 Tse, hic.
縱 Tsong, recta. 縱, Frenum laxare : quamvis. 縱縱, Agendo celer.
牢 Lao, septum : arcte, firmiter : suovetaurilia. *R.* 93.
空 K'ong, vacuus. 空, Foramen, antrum. 空, Otium, rimæ.
叩 K'eou, percutere, pulsare. *R.* 30.
鳳 Fong, phœnix mas.

3. Confucius ait : cannabinus pileus e ritu est ; nunc vero sericus, minus dispendiosus : ego sequar multitudinem. Salutare ab imo, ritus est ; nunc fit salutatio in summo, et arrogantia est ; licet contradicam multitudini, ego sequar imum (1).

4. Philosophus exuerat quatuor : non habebat privatos sensus, non absolutas determinationes, non pervicaciam, non *egoismum* (2).

5. Philosophus angebatur in K'oang ; ait : Wen rex cum obierit, doctrinæ apparatus nunquid non est hic (3) ? Si cœlum deleturum fuisset hunc apparatum, posterus mortalis non obtinuissem participare hunc apparatum : cœlum nondum deleturum est hunc apparatum ; K'oang homines, illi ad me quid ?

6. Summus gubernator petiit a Tse kong dicens : magister nonne sanctus ? Quam ille multa callet ! Tse kong ait : certe cœlum late promovit illum accedere sanctitati ; et insuper multa callet. Confucius hoc audito ait : summus gubernator an me noscit ? Ego a pueris conditione humilis, ideo multas calleo artes, viliores res. At num sapiens multas habebit ? Non multas. Lao addidit : Confucius dicebat : ego nullo munere functus, ideo artitus (4).

7. Philosophus ait : num ego habeo scientias ? Non habeo scientias. At si quid vilis homuncio petat a me, vel summe hebes ; ego discutio ejus rei duo extrema, atque exhaurio (5).

8. Philosophus ait : phœnix avis non advenit : flumen non emittit mappam : de me actum est (6).

---

(1) Cannabinus pileus multo filo constabat, et difficilis erat texturæ : adeoque sericus minus dispendiosus. — Magistratus, juxta ritus, sub aulæ scalis debebat principi salutationem facere.

(2) 毋 valet 無.

(3) Periculi causam præbuit oris similitudo cum antiquo ejus loci præfecto 陽虎, quem populus ad necem quærebat ; adeoque Confucii diversorium quinque dies obsedit. Hic autem suæ cœlesti missioni fidit : *non est hic*, in me ?

(4) T'ai tsai erat tunc præfecti titulus in Ou 吳 et Song 宋 regnis. Lao, Confucii discipulus.

(5) Duo extrema, a summo ad imum.

(6) Phœnix et mappa, olim florentis imperii præsagium.

○子見齊衰者、冕衣裳者、與瞽者、見之、雖少必作、過之必趨、

○顏淵喟然歎曰、仰之彌高、鑽之彌堅、瞻之在前、忽焉在後、夫子循循然、善誘人、博我以文、約我以禮、欲罷不能、既竭吾才、如有所立卓爾、雖欲從之、末由也已、

○子疾病、子路使門人爲臣、病閒曰、久矣哉、由之行詐也、無臣而爲有臣、吾誰欺、欺天乎、且予與其死於臣之手也、無寧死於二三子之手乎、且予縱不得大葬、子死於道路乎、

○子貢曰、有美玉於斯、韞匵而藏諸、求善賈而沽諸、子曰、沽之哉、沽之哉、我待賈者也、

○子欲居九夷、或曰、陋、如之何、子曰、君子居之、何陋之有、

瞽 Kou, cœca pupilla.
趨 T'siu, properare. 趣, Currere : propositum. T'sou 促, urgere.
喟 K'oei, suspirare.
歎 T'an, suspirare.
仰 Yang, Niang, suspicere. 仰, Confidere, sperare, inniti.
彌 Mi, plenus, magis : arcus intentus. 彌, Sistere, sedare.
鑽 Tsoan, terebrare.
堅 Kien, durum, solidum.
忽 Hou, extemplo : negligere : decima millesima pars lineæ.
循 Siun, perlustrare : obsequi, sequi.
誘 Yeou, incitare, exstimulare.
罷 Pa, cessare, satis. 罷 Pai, cessare, satis, 郎罷 pater. P'i 疲, debilis. *R.* 122.
卓 Tcho, supereminens. *R.* 24.
詐 Tcha, decipere, errare.

9. Philosophus cum videbat lugubria indutos, galero togaque honestatos, et cœcos, videns illos licet ætate juniores, solebat assurgere, eosque praeteriens solebat accelerare gradum (1).

10. Yen yuen suspirantis instar ingemens ait : si suspicio illam, magis elevatur ; si effodio illam, magis solidatur ; si video illam esse in conspectu, en repente extat a tergo (2). Magister ordinatim belle ducit homines : ampliat me scientiis, coercet me ritibus : vel si vellem hærere, non possem. At cum exhauserim meam capacitatem, en sicut prostaret aliquid erectum et valde eminens ; licet vellem persequi illud, non est medium (3).

11. Confucio ægrotante, ingravescente, Tse lou misit discipulos, qui essent administri. Morbo remittente ait : proh ! quamdudum istius Yeou agendi ratio fallax est : non habeo administros, et putor habere administros ; ego quem fallam, fallamne cœlum ? Imo ego potius quam mori in administrorum manibus, nonne praeoptassem mori inter duorum triumve filiolorum manus ? Imo ego licet non obtinuerim solemne funus, an ego mortuus essem in via (4) ?

12. Tse kong ait : sit pulchra gemma in loco ; an recondes arcula et abscondes, an vero quæres bonum pretium et vendes ? Philosophus ait : oh ! venderem, utique venderem illam ! at ego expecto pretium (5).

13. Philosophus volebat interesse novenis barbaris ; quispiam ait : abjecti sunt ; quomodo erit hoc ? philosophus ait : sapiens quibus intersit, quidnam abjectionis supererit (6) ?

---

(1) 齊 tse, imus vestis limbus ; 衰 t'soei cannabina vestis ; tse t'soei vestis lugubris, assuto limbo. — Pro 少' aliqui vellent 坐, *licet sedens.*

(2) Pronominis 之 usum recole : de mirabili Confucii doctrina loquitur.

(3) 末 valet 無.

(4) Non solemne funus, quia tunc Confucius munere defunctus fuerat.

(5) 買 valet 價 : discipulus ægre fert Confucium defungi munere, hic expectat ut quis munus offerat, non vult ipse petere.

(6) Novem erant orientalium barbarorum genera ; ad quos reformandos, rejectam dolens doctrinam, Confucius abire voluisset : scilicet 畎夷, et 子夷, et 方夷, et 黃夷, et 白夷, et 赤夷, et 玄夷, et 風夷, et 陽夷.

玉, Yu, gemma, jaspis.
韞 Yun, 蘊, recondere, obvolvere.
櫝, Tou, arcula, 櫝.
沽 Kou, vendere : vinum emere.
沽, Negligere urbanitatem.

○子曰、吾自衛反魯、然後樂正、雅頌各得其所、

○子曰、出則事公卿、入則事父兄、喪事不敢不勉、不爲酒困、何有於我哉、

○子在川上曰、逝者如斯夫、不舍晝夜、

○子曰、吾未見好德如好色者也、

○子曰、譬如爲山、未成一簣、止、吾止也、譬如平地、雖覆一簣、進、吾往也、

○子曰、語之而不惰者、其回也與、

○子謂顏淵曰、惜乎、吾見其進也、未見其止也、

○子曰、苗而不秀者、有矣夫、秀而不實者、有矣夫、

○子曰、後生可畏、焉知來者之不如今也、四十五十而無聞焉、斯亦不足畏也已、

○子曰、法語之言、能無從乎、改之爲貴、巽與之言、能無說乎、繹之爲貴、說而不繹、從而不改、吾末如之何也已矣、

頌 Song, præconium, hymnus: præsagium. Yong 容, vultus.

卿 K'ing, minister regni. *R.* 26.

簣 Koei, K'oai, sporta ad terram

14. Philosophus ait : ego ex Wei redii in Lou, et nonnisi tunc musica reformata, atque *Decorum* et *Præconia* singula obtinuerunt suam formam (1).

15. Philosophus ait : foris quidem servire summatibus et ministris, domi vero servire patri et fratribus majoribus; in funerea re non audere non eniti; non fieri vino obrutus; ista qui existunt in me?

16. Philosophus consistens fluentum juxta, ait : transeuntes ita! non cessant diu noctuque (2).

17. Philosophus ait : ego nondum vidi, qui amet virtutem sicut amat pulchram speciem.

18. Philosophus ait : exempli gratia, facio monticulum; si, deficiente perfectionem una tantum corbula, sisto, ego sisto : sit exempli gratia plana terra; licet superdederim vix unam corbulam, si progredior, ego progredior (3).

19. Philosophus ait : qui edoctus non pigrabatur, is nonne Hoei erat?

20. Philosophus loquens de Yen yuen aiebat : deflendus io! Ego vidi illum progredi, nondum vidi illum sistere.

21. Philosophus ait : germinans quod non florescat, oh datur! florescens quod non fructificet, datur heu!

22. Philosophus ait : Minores natu sunt verendi; qui enim scies illos futuros minus quam tu nunc es? At si quadragenarii, quinquagenarii, adhuc sine nomine, tunc quidem non sunt digni quos verearis (4).

23. Philosophus ait : legitimæ admonitionis sermo, potestne non excipi? at emendari est potius. Blande compellantis verba, possuntne non delectare? at perpendere est potius. Si delectaris et non perpendis, excipis et non emendaris, ego non habeo quod faciam jam (5).

---

(1) *Decorum*, *Præconia*, Carminum libri : Confucius tunc 69 annos erat natus.

(2) Aquarum similitudo ad naturæ phænomena refertur.

(3) In tui perfectione, sistere vel progredi a te uno pendet : vide exemplum in duobus extremis, in eo qui sistat sub ipsum operis finem, seu ad ultimam corbulam, quæ perficiendo monticulo adjicienda superesset; et in eo qui progrediatur post ipsum operis initium, seu post primam corbulam, quam monticulo faciendo in planam terram effuderit.

(4) Hæc omnia ad sapientiæ studium excitandum faciunt.

(5) 末 valet 無.

---

asportandam.

惜, Si, jacturam deplorare, amare : compati.

秀, Sieou, florens : amœnus. *R.* 115.

巽, Suen, obsequiosus, docilis. 遜, cedere. *R.* 49.

○子曰、三軍、可奪帥也、匹夫、不可奪志也、

○子曰、衣敝緼袍、與衣狐貉者立、而不恥者、其由也與、不忮不求、何用不臧、子路終身誦之、子曰、是道也、何足以臧、

○子曰、歲寒、然後知松柏之後彫也、

○子曰、知者不惑、仁者不憂、勇者不懼、

○子曰、可與共學、未可與適道、可與適道、未可與立、可與立、未可與權、

○唐棣之華、偏其反而、豈不爾思、室是遠而、子曰、未之思也、夫何遠之有、

○孔子於鄉黨、恂恂如也、似不能言者、其在宗廟朝廷、便便言、惟謹爾、

○朝、與下大夫言、侃侃如也、與上大夫言、誾誾如

匹, P'I, par, copulare : telæ volumen : numerale equorum. MOU 鶩, anser domesticus.

緼 YUN, cannabis species. 緼 WEN, rufulus. YUN 氳, primum chaos.

袍 P'AO, toga, gossypio farta diplois.

狐 HOU, vulpes.

貉, HO, meles. MÉ 貊, Mongoliæ aborigenes : quietus.

忮 TCHE, odisse : nocere.

誦 SONG, recitare.

歲 SOEI, annus : planeta jupiter. *R.* 77.

寒 HAN, frigus.

彫 TIAO, flaccescere : folia decidentia : cælare 雕.

權 K'IUEN, stateræ pondus : auctoritas : interea : epikeia.

棣 TI, prunus japonica, 常棣. 唐棣 Cerasus sylvestris. TAI, locuples.

偏 P'IEN, inclinatum : pravum.

廷 T'ING, regia : rectus. *R.* 54.

24. Philosophus ait : tribus legionibus potest eripi dux; privato cuilibet non potest auferri mentis propositum.

25. Philosophus ait : qui indutus laceram cannabinam diploidem, cum indutis vulpinas et melinas pelles consistit, quin erubescat, is nonne Yeou est? Non lædens nec cupidus, ubinam adhibebitur quin bonus (1)? Tse lou toto tempore recitabat hoc (2); Confucius ait : ea virtus qui sufficiet ut bonus sis?

26. Philosophus ait : anno frigescente, tunc demum scitur pinum et cupressum serius flaccescere.

27. Philosophus ait : prudens non ambigit, perfectus non angitur, fortis non timet.

28. Philosophus ait : datur capacitas simul studendi sapientiæ, quin detur capacitas adeundi perfectionem; datur capacitas adeundi perfectionem, quin detur capacitas persistendi; datur capacitas persistendi, quin detur capacitas res trutinandi (3).

29. « Sylvestris cerasi flos fluctuans ille nutat! Qui non te cogitem? Domus at longe distat » Confucius ait : nondum rem cogitat scilicet : ecquid distantia negotii foret (4)?

PARS POSTERIOR.

1. Confucius in patrio vico simplex erat, et videbatur non posse loqui : at ipse stans in majorum fano et regia aula, explicate loquebatur, quamquam cum reverentia.

2. In regia cum inferioribus toparchis loquens valde firmus erat, cum superioribus toparchis loquens affabili erat libertate. Principe præsente,

---

(1) Textus est Carminum (I. 33.).

(2) Ea laude lætus, progressum negligebat.

(3) 與 secundo tono : potest dari, datur facultas cum alio currendi, quin continuo possis cum alio pervenire.

(4) 偏 et 反 pro 翩 et 翻; 而 littera auxiliaris, ut in 已 而. Carmen est vel amasiam, vel, juxta alios, sapientem quærentis, qui a floris analogia suum revelat affectum : Confucius rem virtuti applicat.

便' Pien, commodus, opportunus : statim. ‹便 P'ien, disputare.

‹侃' K'an, sincerus, gravis, rectus. ‹誾 Yn, affabilis, officiosus.

也、君在、踧踖如也、與與如也、

○君召使擯、色勃如也、足躩如也、揖所與立、左右手、衣前後、襜如也、趨進、翼如也、賓退、必復命曰、賓不顧矣、

○入公門、鞠躬如也、如不容、立不中門、行不履閾、過位、色勃如也、足躩如也、其言似不足者、攝齊升堂、鞠躬如也、屏氣似不息者、出、降一等、逞顏色、怡怡如也、沒階趨、翼如也、復其位、踧踖如也、

○執圭、鞠躬如也、如不勝、上如

踧, Tsou, reverenter incedere, 踧踖. Ti, æqualiter ire, planam viam sequi.

踖, Tsi, diligentis brevis passus. T'sio, prætergredi.

擯, Pin, hospitem excipere, 儐: abjicere.

勃, P'o, colore immutari : extemplo exsurgere.

躩, K'io, pedetentim reverenter progredi : salire.

襜, T'chan, concinnus : collare vestis.

翼, I, alæ : obtegere.

鞠, Kiu, alere : curvus : pauper : plenus : significare : adolescens. 菊, aster. K'iu 麴, fermentum.

閾, Yu, limen.

屏, P'ing, diathyrum, seu tabulamentum ante januas erectum : munimen. 屏 Ping, expellere.

降, Kiang, descendere. 降 Hiang, se subdere.

逞, T'cheng, genio indulgere : cito.

怡, I, concors, lætus.

階, Kiai, lapideæ scalæ.

圭, Koei, gemmea tessera, sceptrum arcuatum : nitidus. 閨, Innuptarum penetrale.

---

(1) 大夫, toparchæ, erant triplicis gradus, summi, medii, imi. 與與 primo tono, dicitur de habitus gravitate.

(2) Principe principem invisente, uterque juxta suum gradum administris utebatur : hospitis administri vocabantur 介, erantque novem Duci, septem Marchioni aut Comiti, quinque Vicecomiti et Baroni : dominus adhibebat administros

anxie venerabundus erat, et cum gravi decoro (1).

3. Si princeps accersito mandabat hospites excipere, color mutari videbatur, pedesque erant veluti impediti. Obsalutans quibuscum stabat, sinistrabat dextrabatve manus, vestibus ante et retro composito modo : citato gradu introducebat, alas pandentis instar; hospite abeunte, non prætermittebat reddere rationem, dicens : hospes jam non vertit caput (2).

4. Ingrediebatur principis portam, inclinato corpore, ac si non caperetur; stans non tenebat medium portæ, incedens non calcabat limen. Pertransiens regiam sedem, colore velut mutabatur, pedes velut hærebant, ejusque verba videbantur non sufficere. Elevans vestis limbum ascendebat aulam, inclinando corpus, retinebatque halitum quasi non respiraret. Egressus, cum descendisset uno gradu, remittebat vultus colorem, lætoque fiebat ore : ad extremum scalarum, gressum concitabat, alas pandentis instar, et repetens suam sedem adhuc venerabundus erat (3).

5. Tenens sceptrum inclinato erat corpore, quasi sustinendo impar,

---

擯 dimidio fere pauciores, seu quinque, vel quatuor, vel tres, pro gradus varietate. Hospes sistebat ad occidentem, extra primam portam septentrioni obversus, dominus vero ad orientem contra meridiem, utriusque administris hinc inde post ipsos, debito intervallo dispositis, ut figura repræsentat : tunc mandata ita inter se conferebant, ut a domino ad primum internuntium 上擯, hinc ad medium 承擯, inde ad subsequentem 紹擯, et usque ad ultimum, et ab ultimo hospitis administro gradatim usque ad primum, et usque ad ipsum hospitem deferrentur. Confucius medium tunc agebat (承擯), adeoque excipiens aut transmittens mandata, sinistrorsum aut dextrorsum obvertebat humeros, reliquo corpore immoto, adeoque vestibus æque ante retroque compositis.

(3) Principis porta erat valvata, valvæque postibus 棖 affixæ, jungebantur medio stipiti 閫 : dextimæ tantum valvæ patere solebant, princepsque eas transgrediens medium inter postes et stipitem terebat, magistratus vero ingredientes radebant postem, egredientes radebant stipitem. Pone portam, reguli habebant diathyrum 屏, spatioque inter ipsum et portam interjecto, stantes aliquando agebant forum, a regimine appellatum 治朝 : hinc pertransiens Confucius, licet vacua esset principis sedes, venerabatur. Post diathyrum eminebat aula, qua forum internum 內朝 agebatur, ministris hinc inde sub scalis, prout habet figura, dispositis : hanc aulam Confucius venerabundus ingrediebatur, egressusque item suam sedem repetebat.

揖、下如授、勃如戰色、足蹜蹜、如有循、享禮、有容色、私覿、愉愉如也、○君子、不以紺緅飾、紅紫、不以爲褻服、當暑、袗絺綌、必表而出之、緇衣羔裘、素衣麑裘、黃衣狐裘、褻裘長、短右袂、狐貉之厚、以居、去喪、無所不佩、非帷裳、必殺之、羔裘玄冠、不以弔、吉月、必朝

授 Cheou, dare.
蹜 Chou, ambulando calces trahere.
享 Hiang, offerre, sacrificare : frui. *R.* 8.
覿 Ti, intueri, privatim invisere.
愉 Yu, hilaris. T'eou, inconsiderate.
紺 Kan, color violaceus.
緅 Tseou, color ruber languidior : violaceus, cœruleus dilutior : res quinquies tincta.
飾 Che, ornare : collaris ora.
紅 Hong, color ruber.
紫 Tse, color purpureus, violaceus pressior.
褻 Sié, vestis interior : male excipere, contemnere. *R.* 145.
當 Tang, oportere : resistere : tolerare : ipso tempore : 當, pignorari : valere.
暑 Chou, calor.
袗 Tchen, vestis simplex : vestis festiva. 袗, vestis concolor.
絺 T'che, tela subtilior e puerariæ fibris.
綌 K'i, tela rudior e puerariæ fibris.
表 Piao, vestis exterior : exemplar, signum. *R.* 145.
緇 Tche, color niger.
羔 Kao, agnus. *R.* 123.
麑 Ni, cervi hinnulus.
袂 Mei, vestis manica.
佩 Pei, zonæ suspendere.
帷 Wei, conopœum.
玄 Hiuen, subniger : cœruleus : profundus.
冠 Koan, pileus. 冠, Pileum imponere : primus.
弔 Tiao, complorare, funere consternatum consolari : fune suspendere. 弔, Ti, advenire. *R.* 57.
吉 Ki, faustum. *R.* 30.

(1) Agitur de Confucio principis dona ad alium principem deferente : solebat tunc legatus principis tessera insigniri. Movendo gressus, ultro fiebat ascendens

elevabat in salutantis modum, demittebat ad dantis instar; mutabat quasi prælians colorem, pedesque vix attollebat quasi haberet impedimentum. Offerens regia munera habebat comem vultum, privata autem præsentans lætabundus erat (1).

6. Sapiens noster non usurpabat violaceum colossinumque limbum; rubro et purpureo colore non utebatur pro ordinariis vestibus (2). Per calores, simplicem e puerariæ fibris vestem solebat facere exteriorem, et superinducere illam (3). Nigra vestis agnina pelle subsuta erat, alba vestis hinnulei pelle, crocea vestis vulpina pelle; ordinarius rheno promissus erat, contracta dextera manica (4). Vulpis melisque spissioribus pellibus utebatur domi. Excepto luctus tempore, nihil quod omitteret zonæ suspendere (5). Nisi esset sinuosus limus, utique suturis distinguebatur (6). Agnino rhenone nigroque pileo non utebatur ad lugubre officium. Nova luna omnino aulica

---

descendensque manuum motus, et sic tessera sensim elevabatur et demittebatur; at nec nimis alte nec demisse nimis, sed ad modum, quo Sinæ salutationem facere, vel aliquid reverenter tradere solent.

(2) 飾, limbus ornans vestis collare, violaceus in casto, colossinus in funere, non erat ordinarii usus. Color ruber et purpureus est mulierculis proprius, neque ceteroquin genuinus. Sinenses enim, uti genuinos 正色 habent, indicum 青, flavum 黃, rubicundum 赤, album 白, nigrum 黑; uti compositos 間色 vero, viridem 綠 ex indico et flavo; cœruleum 碧 ex indico et albo; rubrum 紅 ex rubicundo et albo; purpureum, pressiorem violaceum 紫 ex rubicundo et nigro; myrteum 騮 ex flavo et nigro. Rubicundus ergo, albo aspersus, 紅; albo temperatus, 縓; indico mixtus, 紺; in violam aut in fuscum vergens, 紫.

(3) Æstate, rariori vesti interiorem supponebat.

(4) Ut pellis color, vestis colori responderet, pro aula nigri agni pellis, pro legationibus alba hinnulei pellis, pro sacrificio flava vulpis pellis adhibebatur: ordinarii rhenonis manicam contrahebat, ad agendi commoditatem.

(5) Gemmas et eburneam cuspidem solebant deferre pensiles.

(6) In aulico sacrificoque vestitu, ima et summa limi circumductio æque ampla patebat, qui proin ad latera constrictus in sinus ad conopœi instar agebatur, adeoque 帷裳 appellatus: vide figuram. In ordinario vestitu, pannus ita oblique dispertitus assuebatur, ut summa limi ora præ ima dimidio prope esset angustior, et ad latera sutura distingueretur.

服而朝、

○齊、必有明衣、布、必有寢衣、長一身有半、齊必變食、居必遷坐、

○食不厭精、膾不厭細、食饐而餲、魚餒而肉敗、不食、色惡不食、臭惡不食、失飪不食、不時不食、割不正不食、不得其醬不食、肉雖多、不使勝食氣、惟酒無量、不及亂、沽酒、市脯、不食、不撤薑食、不多食、祭於公、不宿肉、祭肉、不出三日、出三日、不食之矣、食不語、寢不言、雖疏食菜羹、瓜、祭、必齊如也、

○席不正、不坐、

○鄉人飲酒、杖者出、斯出矣、鄉人儺、朝服而立於阼階、

○問人於他邦、再拜而送之、康子饋藥、拜而受之、

坐 Tsouo, sedere. *R.* 32.
膾 Koai, minutal carnium.
細 Si, tenuis, subtilis.
饐 I, oryza cocta et mucida. 饐, Yé, faucibus a cibo constrictus.
餲 Ngai, 餲, Ngo, cibi putrescentes.
餒 餧 Nei, esurire : pisces putres.
餒 Wei, pascere.
飪 Jen, escas condire.
割 Ko, secare.
醬 Tsiang, embamma, succus, liquor.
量 Leang, mensura, pondus. 量 Metiri, ponderare. *R.* 166.
市 Che, forum nundinarium : mercari. *R.* 50.
脯 Fou, caro sicca.
撤 T'ché, mensam tollere : excludere.
薑 Kiang, gingiber.
菜 T'sai, olus. 白菜, Brassica.
羹 Keng, jusculum. *R.* 123.
瓜 Koa, cucurbita.
席 Si, storea. *R.* 50.

veste utebatur ad principem salutandum.

7. In casto omnino utebatur nitida veste, ex tela : omnino usurpabat cubitorium vestimentum habens longitudinem corporis cum dimidio. Abstinendo omnino mutabat victum, domique certe mutabat sedem (1).

8. Oryzam non respuebat mundatam, minutalia non respuebat minutissima. Oryzam mucidam jamque vitiatam, piscem putrescentem et carnem corruptam, non comedebat; colore depravata non edebat, male olentia non edebat; vitiose præparata non edebat, nondum matura non edebat. Concisa minus recte non edebat; non instructa suo embammate, non edebat. Carnes licet abundarent, non committebat ut excederent oryzæ succum; at vinum carebat mensura, quin deveniret ad turbationem. Mercatum vinum, mercatam succidiam non edebat. Non abstinebat gingiberis esu. Haud nimius comedebat. Litato apud principem, nec per noctem servabat carnes; sacrificii carnes non excedebant tres dies; si enim excessissent tres dies, nemo comederet eas (2). Comedens non confabulabatur, cubans non loquebatur. Vel rudem dapem et oleraceum jusculum, omnino litabat, et certe cum reverentia (3).

9. Storea non recta, non sedebat.

10. Cum vici homines convivabantur, scipione utentibus egressis, tunc egrediebatur. Vicanis concivibus supplicationem habentibus, aulicis indutus stabat ad orientales scalas (4).

11. Mittens salutatum hominem in aliud regnum, iterato salutabat tumque deducebat missum. Lou toparcha K'ang tse dono misit pharmacum; facta prostratione recepit illud, dicens : ego K'ieou nondum cognosco, non

---

(1) 齊 sonat 齋, seu ante sacrificium abstinebatur a vino, et cibi erant esuriales; nec ordinario cubiculo degebatur.

(2) Carnes a principe delatas statim distribuebat; litatas domi carnes non comedi, fuisset Spiritibus injuriosum.

(3) 瓜 mendose pro 必.

(4) 儺 no, hiemalis supplicatio ad arcendam pestem. Confucius illos tanquam hospites reverenter expectabat.

杖 Tchang, baculus. 仗, Inniti.
儺 No, supplicatio ad pestem depellendam. 儺, Sedatus incessus : plantarum luxuries.
阼 Tsou, scalarum locus, quo dominus hospitem excipiebat.
饋 K'oei, cibaria ministrare, offerre.
藥 Yo, medicina.

曰、丘未達、不敢嘗、

○廐焚、子退朝、曰、傷人乎、不問馬、

○君賜食、必正席先嘗之、君賜腥、必熟而薦之、君賜生、必畜之、侍食於君、君祭、先飯、疾、君視之、東首、加朝服拖紳、君命召、不俟駕行矣、

○朋友死、無所歸、曰、於我殯、朋友之饋、雖車馬、非祭肉、不拜、

○寢不尸、居不容、見齊衰者、雖狎必變、見冕者、與瞽者、雖褻必以貌、凶服者、式之、式負版者、有盛饌、必變色而作、迅雷、風烈、必變、

○升車、必正立執綏、車中、不內顧、不疾言、不親指、

廐 Kieou, equile.
焚 Fen, cremare. 焚, Perdere.
腥 Sing, caro cruda : nidor.
熟 Chou, maturus, concoctus : expertus, peritus.
東 Tong, oriens. *R.* 75.
首 Cheou, caput. 首, Se prior accusare.
拖 T'ouo, trahere, 拕.
紳 Chen, zona cum pendulis limbis.
駕 Kia, quadrigæ equis instructæ.
殯 Pin, defunctum in loculo sepelire.
尸 Che, cadaver : funus, seu qui personam manium in parentalibus gerebat.
狎 Hia, familiaritate assuetus : ludere.
凶 Hiong, infortunium : lugubris. *R.* 17.
式 Che, exemplar, imitari, regula : uti : particula initialis. 軾, Currus fulcrum. *R.* 56.
負 Fou, humeris portare : prodere, frustrari.
版 Pan, tabula, assula.
迅 Sing, celerrime.
雷 Lei, tonitru. *R* 173.

audeo degustare.

12 Equili conflagrato, Confucius rediens ab aula ait : an læsit homines? quin peteret de equis.

13. Cum princeps donabat edulium, non omittebat componere stoream, priusque illud degustabat (1) : si princeps donabat carnem crudam, non omittebat coquere eamque litare majoribus : si princeps donabat animal vivum, profecto alebat illud. Si assidens convivabatur cum principe, principe litante, ipse ante gustabat (2). Ægrotans, si princeps inviseret ipsum, orienti obvertebat caput, superaddebat aulicas vestes, eisque inducebat fimbriatum cingulum (3). Regio jussu advocatus, non expectato curru ibat.

14. Amico defuncto, si non esset ad quem confugeretur, aiebat : in me sit funeris cura. Amicorum donis, etiamsi currus essent et equi, si non erant litatæ carnes, non reddebat prostrationem.

15. Cubans non jacebat uti cadaver, domi non adducebat vultum. Videns lugubria indutum, licet familiaritate conjunctum, profecto mutabatur vultu : videns pileatum aut cœcum, licet privato loco, profecto adhibebat honorem. Ad lugubria indutum, super currus fulcrum se inclinabat ei, seque inclinabat portanti censûs tabulas (4). Si ei fieret opiparum convivium, profecto mutabat vultum et assurgebat. Ad repentinum tonitru, ventumque vehementem, profecto mutabatur vultu.

16. Conscendens currum, solebat recte stans tenere retinaculum. In medio currus, non retro aspiciebat, haud præceps loquebatur, nihil suo digito monstrabat.

---

(1) Carnem coctam non litabat, nesciens an non fuerit jam a principe litata; componebat stoream ob reverentiam, carnem degustatam ceteris distribuebat.

(2) Promi seu prægustatoris officium explebat, ne forte princeps illum tanquam honorandum hospitem sibi in oblatione associaret.

(3) Recto situ decumbebat, vestesque explicabat, ad reverentiam significandam.

(4) 式 seu 軾, lignum transversum, cui curru vectus admotis brachiis, ut nunc in lecticis fit, innitebatur : porro super hujusmodi currus fulcrum se acclinare, reverentis erat. 版 tabulæ, quibus totius populi nomina erant inscripta.

烈 Lié, ignis vehemens : majestas : egregia merita : vigor : fortis.

綏 Soei, tranquillare : funis juvans currus ascensum : agmen recedens.

○色斯舉矣、翔而後集、曰、山梁雌雉、時哉時哉、子路共之、三嗅而作、

卷六

子曰、先進於禮樂、野人也、後進於禮樂、君子也、如用之、則吾從先進、

○子曰、從我於陳蔡者、皆不及門也、德行、顏淵、閔子騫、冉伯牛、仲弓、言語、宰我、子貢、政事、冉有、季路、文學、子游、子夏、

○子曰、回也、非助我者也、於吾言無所不說、

○子曰、孝哉閔子騫、人不間於其父母昆弟之言、

○南容三復白圭、孔子以其兄之子妻之、

○季康子問弟子、孰爲好學、孔子對曰、有顏回者好學、不幸短命死矣、今也則亡、

翔 Siang, volando discurrere. *R.* 124.
集 Tsi, congregare, collectio. *R.* 172.
梁 Leang, trabs : cataracta.
雌 T'se, avis fœmina.
雉 Tche, phasianus torquatus. *R.* 172.
嗅 Hieou, avium vox : olfacere 臭.
助 Tchou, auxiliari.

17. Ad aspectum statim evolat, volando circuit et postea sidit. Ait : montano ponte illa phasiana, quam tempori! ut opportune! Tse lou converso ad eam, ter gracillans avolavit (1).

CAPUT SEXTUM.

Confucius ait : majores natu quoad civilitatem et harmoniam, rustici habentur homines : posteriores natu quoad civilitatem et harmoniam, sapientiores existimantur. At quoad ea exercenda, nae ego sequar ævo priores.

2. Philosophus ait : qui me comitabantur in regnis T'chen et T'sai, omnes non frequentant scholam jam (2). Pro virtute erant Yen yuen, Min tse k'ien, Jan pé nieou, Tchong kong; facundia, Tsai ngo et Tse kong; administratione, Jan yeou et Ki lou; litteratura, Tse yeou et Tse hia.

3. Philosophus ait : Hoei non erat auxilio mihi; ex meis enim verbis nullum erat quod non arrideret (3).

4. Philosophus ait : oh quam pius ille Min tse k'ien! Alieni non discrepant ab ejus parentum fratrumque præconio (4).

5. Nan yong sæpe repetebat illud (III. 22) candidæ tesseræ (5) : Confucius sumens sui fratris filiam nuptui dedit ei.

6. Lou toparcha Ki k'ang tse quæsivit discipulorum quis esset amans sapientiæ studium : Confucius respondens ait : fuit Yen hoei qui amabat sapientiæ studium : at infeliciter brevis fuit vitæ et mortuus est : nunc vero nemo est.

---

(1) Mancus textus; est tamen hæc sententia : ad hominis aspectum fugit avis, circum observat et postea sidit : quod videns Confucius, illam bene sua tempora nosse prædicat, statimque rem probavit eventus; cum enim discipulus injiceret manus, statim illa avolavit. Quidni homo, antequam agat, perpendat adjuncta? — Explicant alii Tse lou coctam obtulisse illam, Confucium ter olfecisse et abiisse, eo quod intempestive fuerit oblata.

(2) Non obliviscitur eorum, qui inter pericula in iis regnis exantlata secuti fuerant, licet jam defuncti, vel domi morantes, vel alibi magistratum gerentes.

(3) 說 sonat 悅.

(4) A noverca male tractatus iram patris belle emollivit : factum recole.

(5) Stropha illa loquelam castigat : ideo sæpe in die repetere solebat.

○顏淵死、顏路請子之車、以爲之椁、子曰、才不才、亦各言其子也、鯉也死、有棺而無椁、吾不徒行以爲之椁、以吾從大夫之後、不可徒行也、

○顏淵死、子曰、噫、天喪予、天喪予、

○顏淵死、子哭之慟、從者曰、子慟矣、曰、有慟乎、非夫人之爲慟而誰爲、

○顏淵死、門人欲厚葬之、子曰、不可、門人厚葬之、子曰、回也、視予猶父也、予不得視猶子也、非我也、夫二三子也、

○季路問事鬼神、子曰、未能事人、焉能事鬼、敢問死、曰、未知生、焉知死、

○閔子侍側、誾誾如也、子路、行行如也、冉有、子貢、侃侃如也、子樂、若由也、不得其死然、

○魯人爲長府、閔子騫曰、仍舊貫、如之何、何必改作、子曰、夫人不言、

椁, Ko, Kouo, conditorium, loculus major quo minor includitur.

鯉 Li, cyprinus obesus.

棺 Koan, loculus quo cadaver includitur. 棺, Loculo includere.

徒 T'ou, discipulus : solummodo,

7. Yen yuen defuncto, Yen lou postulavit Confucii currum, ut faceret inde conditorium. Confucius ait : ingeniosa sit vel non ingeniosa, unusquisque tamen prædicat suam sobolem : meus Li defunctus habuit sandapilam, non vero conditorium ; ego neque pedes incessi, ut conficeretur illi conditorium : quandoquidem ego sequutus magnorum magistratuum calcem, non possum pedester ire (1).

8. Yen yuen defuncto, Confucius exclamavit : heu ! Cœlum me extinxit, cœlum me perdidit !

9. Yen yuen emortuo, Confucius luxit eum afflictim ; asseclæ dixerunt : magister dolet nimium. Reponit : an fuit nimius dolor ? At si non hujus viri causâ perdolescam, cujus vero causâ ?

10. Yen yuen demortuo, ipsius alumni volebant opulenter sepelire illum ; Confucius ait : non decet ; discipuli munifice tumularunt eum. Confucius exclamavit : Hoei habebat me sicut patrem ; at ego non potui considerare illum uti filium (2) : non ex me fuit, sed ab istis nonnullis alumnis.

11. Ki lou quæsivit modum serviendi spiritibus : Confucius ait : nondum vales servire hominibus, qui valebis servire spiritibus ? Ausim ergo interrogare de morte. Reponit : nondum scis vivere, qui scies mori ?

12. Min tse stabat ad latus affabili ore, Tse lou animosa specie, Jan yeou et Tse kong serio vultu ; Confucius gaudebat : at iste Yeou, ait, haud nacturus suam mortem videtur (3).

13. Regni Lou homines reædificaturi erant Perennitatis ærarium. Min tse k'ien ait : si inhæreatis pristinæ rei, quid vobis videtur ? qui necesse de novo ædificare (4) ? Confucius ait : iste homo vel non loquitur ; at loquens

---

(1) Yen lou, defuncti pater, et ipse olim Confucium secutus, voluisset vendere currum, ad faciendum conditorium, quo sandapila includitur : Confucius se excusat, quod, cum gesserit præfecturam, licet magistratuum ultimus, etiamnum ad dignitatem curru indigeat suo.

(2) Non servatus est ordo sicut pro filio meo Li, ut tenuis tenuiter tumuletur.

(3) 行' hang : 其 suam naturalem : 然 innuit modum et afficit totam phrasim. — Tse lou revera in bello occubuit, vivente adhuc Confucio.

(4) Satis est restaurare antiquum. 爲 valet 改 作, et 貫 valet 事.

---

frustra : pedester ire : multitudo.
噫 I, heu ! 噫' Yai, ructus.
慟' Tong, dolor nimius.
仍 Jen, Jeng, adhuc, sicut prius.

言必有中、

○子曰、由之瑟、奚爲於丘之門、門人不敬子路、子曰、由也升堂矣、未入於室也、

○子貢問師與商也孰賢、子曰、師也過、商也不及、曰、然則師愈與、子曰、過猶不及、

○季氏富於周公、而求也爲之聚斂、而附益之、子曰、非吾徒也、小子鳴鼓而攻之、可也、

○柴也愚、參也魯、師也辟、由也喭、

○子曰、回也其庶乎、屢空、賜不受命而貨殖焉、億則屢中、

○子張問善人之道、子曰、不踐迹、亦不入於室、

○子曰、論篤是與、君子者乎、色莊者乎、

○子路問聞斯行諸、子曰、有父兄在、如之何其聞斯行之、冉有問聞斯行諸、子曰、聞斯行之、公西華曰、由也問聞斯行諸、子曰、

附' Fou, adhærere : adnexus, appendix.

'鼓 Kou, tympanum : '鼓, pulsare musicam : excitare, animare. *Nunc utrumque promiscue usurpatur.*

柴 T'CHAI, cremia. 柴' Vallum, septum ligneum. 柴' T'sé, congregare.

喭' NGAN, rusticus, incultus. YEN,

omnino obtinet attingere medium.

14. Philosophus ait : Yeou istius cythara quid facit in K'ieou schola (1)? Discipulis exinde non reverentibus Tse lou, Confucius subjunxit : Yeou jam ascendit aulam, nondum introivit in penetralia (2).

15. Tse kong interrogavit, Che inter et Chang, quis esset sapientior : Confucius ait : Che quidem excedit, Chang non pertingit. Subjunxit : si ita, tunc Che praecellit, nonne? Confucius reponit : excedere aeque est ac non pertingere.

16. Ki cognomine, ditatus erat supra Tcheou Ducem, et tamen discipulus K'ieou pro illo congerebat tributa, et sic accessione illum augebat. Confucius inquit : non est meus discipulus jam : vos filiolos resonare tympano ad illum impugnandum decebit.

17. T'chai quidem simplex, Chen est obtusus, Che fucatus, Yeou agrestis.

18. Magister prosequitur : Hoei, oh ille propior erat! plerumque rerum vacuus : Se minus accedebat cœli providentiae et opes gliscebant; ejus cogitata tamen plerumque quadrabant (3).

19. Tse tchang percunctatus est bonae indolis hominum conditionem; Confucius respondit : non calcabunt aliorum vestigia (4), sed nec introibunt in sapientiae penetralia.

20. Philosophus ait : edisserens solida statim approbatur (5) : sed an veræ virtutis est vir, an fucatæ speciei homo ?

21. Tse lou petiit : auditionem, statimne exsequar? Confucius respondet : habes patrem fratremque superstites; secundum hoc, quomodo ipse auditum statim id exequaris? Jan yeou petiit : audita statimne perficiam? Confucius respondet : auditum, statim perficias illud. Kong si hoa subjunxit : Yeou interrogavit an auditionem statim exequeretur, et magister

---

(1) Illius musica non erat lenis, qualem Confucius amabat.

(2) Metaphora perfectionem designat.

(3) Hoei propior erat perfectioni, nunquam egestate conturbatus : Se non ferebat obvenientem paupertatem.

(4) Per se enim bonum agent.

(5) 是 idem ac 此.

唁, ob factam jacturam consolari.

億, I, centum mille : quies : conjicere.

迹, Tsi, vestigium : nota.

有父兄在、求也聞斯行諸、子曰、聞斯行之、赤也惑、敢問、子曰、求也退、故進之、由也兼人、故退之、

○子畏於匡、顏淵後、子曰、吾以女爲死矣、曰、子在、回何敢死、

○季子然問仲由冉求、可謂大臣與、子曰、吾以子爲異之問、曾由與求之問、所謂大臣者、以道事君、不可則止、今由與求也、可謂具臣矣、曰、然則從之者與、子曰、弒父與君、亦不從也、

○子路使子羔爲費宰、子曰、賊夫人之子、子路曰、有民人焉、有社稷焉、何必讀書、然後爲學、子曰、是故惡夫佞者、

○子路、曾晳、冉有、公西華、侍坐、子曰、以吾一日長乎爾、毋吾以也、居則曰、不吾知也、如或知爾、則何以哉、子路率爾而對曰、千乘之國、攝乎大國之閒、加之以師旅、因之以饑饉、由也爲之、比及三年、可使有勇、且知方也、夫子哂之、求爾何如、對

兼 Kien, simul : duplo valere. *R.* 12.
賊 Tsé, latro, damnosus : vermis frugum genicula rodens.
稷 Tsi, panicum miliaceum.
讀 Tou, legere. 讀 Teou, periodi incisum.
晳 Si, albus. *R.* 106.
饑 Ki, frugum caritas. 飢, Esurire.
饉 Kin, olerum penuria.
哂 Chen, subridere.

(1) 女 sonat 汝. Discipulus non audet, vivente Confucio, ineundo pugnam se certæ objicere morti.

respondit habere patrem fratremque superstites; K'ieou interrogavit an auditum statim exequeretur, et magister respondit : auditum, statim perficias illud : T'che dubio teneor, ausim quæstionem facere. Magister ait : K'ieou quidem haesitabundus, ideo impuli illum : Yeou duos valet homines, ideo retraxi illum.

22. Confucius angebatur in K'oang, et Yen yuen retrorsus manserat. Confucius ait : ego existimabam te esse mortuum; reponit : magistro superstite, Hoei qui ausit mori (1)?

23. Ki tse jan (2) quaesivit an Tchong yeou et Jan k'ieou possent appellari magni administri. Confucius reponit : ego putabam te facturum miram quæstionem; est vero de Yeou atque K'ieou percontatio. Qui dicuntur magni administri, ii juxta jus inserviunt principi, et si non possint, tunc cessant. Nunc Yeou atque K'ieou possunt dici ad complementum administri. Subjunxit : at vero sunt obsequentes nostrum, nonne? Confucius ait : occidere patrem atque principem, enimvero non obsequentur.

24. Tse lou jusserat Tse kao agere Pi gubernatorem; Confucius ait : noxius huic homini vir. Tse lou subjunxit : habet populum et homines, habet Telluris Frugumque spiritus; quid necessum studere libris, et tunc demum censeri didicisse? Confucius reponit : en cur execror hujusmodi verbileves (3).

25. Tse lou, Tseng si, Jan yeou, et Kong si hoa ad latus assidebant. Confucius ait : quod ego una die grandior sim quam vos, nolite me sic considerare (4). Domi degentes, tunc dicitis; non me cognoscunt. At si forte cognoscant vos, tunc quid agetis (5)? Tse lou surgit præpropere, et respondens ait : mille quadrigarum regnum coerceatur in grandiorum regnorum medio; auge id, per legiones et cohortes; continua hæc, per segetum penuriam et olerum caritatem. Si Yeou illud administret, continenter ad tres annos, poterit efficere ut habeat fortitudinem, atque adeo sciat tendere (6). Confucius subrisit illi. K'ieou, et tu quid? Respondens ait : sit vix

---

(2) Filius familiæ Ki, quæ duos Confucii discipulos sibi fecerat administros.

(3) Pi, refractaria civitas, et Tse kao, nondum peritus; Tse lou inepte respondet.

(4) Loquamini confidenter. 以, scilicet 以爲'長.

(5) 以 significat etiam *agere*, ut adnotavimus.

(6) Regni vastitas, vicinorum vexatio, militum incursio, annonæ caritas, difficultates oggerebant, adeoque discipuli efferebant virtutem. — Tendere nempe ad justitiam, qua subditi superioribus addicti, vel morti sese objiciant.

曰、方六七十、如五六十、求也爲之、比及三年、可使足民、如其禮樂、以俟君子、赤爾何如、對曰、非曰能之、願學焉、宗廟之事、如會同、端章甫、願爲小相焉、點爾何如、鼓瑟希、鏗爾、舍瑟而作、對曰、異乎三子者之撰、子曰、何傷乎、亦各言其志也、曰、莫春者、春服既成、冠者五六人、童子六七人、浴乎沂、風乎舞雩、詠而歸、夫子喟然歎曰、吾與點也、三子者出、曾晳後、曾晳曰、夫三子者之言何如、子曰、亦各言其志也已矣、曰、夫子何哂由也、曰、爲國以禮、其言不讓、是故哂之、唯求則非邦也與、安見方六七十、如五六十、而非邦也者、唯赤則非邦也與、宗廟會同、非諸侯而何、赤也爲之小、孰能爲之大、

會' Hoei, congregare, societas : congredi, convenire : scire. 繪, Colorare. Koei, generalis annuæ rationis supputatio. *R.* 73.

'甫 Fou, titulus honoris : modo, exordiri : abundans. *R.* 101.

'點 Tien, punctum. '點', Inficere.

'鏗 K'eng, percutere : 鏗爾, tinnitus perseverans.

'撰 Tchoan, componere libros, facere : regula : disponere, 譔. Siuen 選, seligere. Soan 算, supputare.

浴, Yu, abluere corpus.

'沂 I, fluvius in Chan tong. Yn, magna tibia transversa.

'雩 Yu, sacrificium ad petendam pluviam. 雩', Iris.

詠' Yong, canere.

(1) 以 regit ritus et musicam.

(2) Id posse, scilicet ritus et musicam. 如 *vel, atque.* 會, particularis regulorum ad imperatorem accessus ; 同, status omnium regulorum conventus :

